

**A**ut pecunia aut opera satisfecisset. Cicero pro Flacco: Iste cum iudicatum non faceret, addicetus Hermippo, & ab hoc ductus est. Hoc plurib. explicat Agellius lib. 20. ex lege xxi. tabularū, quæ est huiusmodi: Aëris confessi, rebūisque iure ioudicatis, 30. dies iustei sunt: Postidea indu manus iactio esto. in ious ducito. nei ioudicatum facit, aut Quipiendo ioure vindicit, secum ducito, vincito aut nero, aut compeditibus quindecim pondo, ne minore: aut, si volet, maiore vincito: sei volet, suo viuit, nei suo viuit, qui eum vinclum habebit, libras farris in dies dato, sci volet, plus dato: hęc sunt verba legis, ita restituta à Iosepho Schaligero, reliqua quæ ab Agelio pro explicatione eius legis adducuntur, ex præcedenti libro reperantur, vbi totam legem explicauimus. Hi ergo addicti, & nesi vocati sunt. Addicti, propter **B**iudicium Prætoris: Nesi, propter vincula creditoris Addicetus est autem, vt inquit Quintilianus, quem lex seruire, donec soluerit, iubet. Nexus, teste Varrone, liber, qui suas operas in seruitute pro pecunia, quam debet, dum soluerit, dat.

Iudicium verò in Petitionem fuit, si calumniatus fuisse argueretur. Erant autem calumniatores, qui accepta, pecunia litem falsò intenderant, aut prætermisserant. De iis Vlpianus ff. de calumniatoribus: In eum, qui vt calumnia causa negotiorum faceret, vel non faceceret, pecuniam accepisse dicetur, intra annum in quadruplum eius pecunia, quam accepisse dicetur, post annum simpli in facti actio competit. Item: Hoc editio tenerit, qui non depectus est. Depectus autem dicitur turpiter pactus. Cicero pro Milone: Qui calumnia litium fundos alienos petebat. Vide etiam Agellium lib. 13.

**C**Ultimum iudicium fuit in iudicem: si ob iudicandum pecuniam accepisset, de quo in xxi. tabulis scriptum fuit. Vnde Agellius libr. 20. Nisi duram esse legem putas, quæ iudicem arbitrūmne datum, qui ob rem iudicandam pecuniam accepisse coniunctus est, capite punit. Qui verò iudex sciens dolo malo iniuste iudicabat, is litem suam facere dicebatur, auctor Vlpianus ff. de iudiciis: Iudex tunc litem suam facere intelligitur, cùm dolo malo in fraude legis sententiam dixerit: dolo malo autem videtur hoc facere, si euideas arguatur eius vel gratia, vel inimicitia, vel etiam fordes, vt veram estimationem litis præstare cogatur. Is etiam videtur litem suam fecisse, qui ad constitutum tempus in iudicium non venit. Macrobius libro tertio, capite decimosexto, in Oratione Titij de iudicibus: Inde ad Comitium vadunt, ne litem suam faciant. Abrogata inde lege xxi. Tabularum, lege repetundarum de hoc crimine quæstitum est quemadmodum, qui falsum testimonium dixerunt, lege de falso postulati poenas dederunt, vt mox ostendemus. At de priuatorum quidem iudiciorum consuetudine hac haec tenus.

*Quæ publica iudicia fuerint, item de criminibus & pœnis.*

### C A P. XVII.

**E**O N I T A priuatorum iudiciorum ratione, de publicis differendum est. Eorum enim lögē alia ratio fuit, quam priuatorum. Neque enim, vt inquit Iustinianus, per actiones ordinata sunt, neque omnino simile quidquam cum priuatis iudicis habuerunt, magnaque diuersitas eorum fuit, & in instituendo, & in intendendo. Publica verò dicta sunt, quod cuius è populo actio permitteretur. Cæterum iudicia publica fuerunt decreta, quæ de criminibus. Quæsirore aliquo iudicium exercente, iudices ab eo dati fecerunt, prout leges de singulis criminibus cognoscendis latæ iusserunt. Quæ vt planius intelligantur, de criminibus primū & pœnis, deinde de Quæsitoribus, tūm de iudicibus, inde de quæstionum exercitionibus, dicemus.

Crimina maleficia fuerunt, quæ aut aduersus Rempublicam commissa sunt, aut populus Romanus aduersus Rempublicam commissa existimauit, atque iudicio legibus constituto pœna vindicanda putatit. Itaque non solum iniurię factę Senatu, aut populo, aut magistratibus, sed etiam nonnullae priuatis illarę, publicorum iudiciorum legibus comprehensa sunt.

Reipublicæ directo facta dicuntur, vt si quis maiestatem populi Romani, auge-

magistratum eius minuisset, publicam, sacrāmū pecuniam auertisset, populi suffragia honoris adipiscendi gratia corrupisset, socios spoliasset, aut pecuniam ob iudicandum coepisset, armis magistratum, aut priuatū coegisset, quæ crimina appellārunt maiestatis, peculatus, ambitus, repetundarum, & vis publice.

Priuatis factas ad se pertinere populus existimauit, si quis hominem telo occidisset, si veneno necasset, si parentibus manum intulisset, si falsum testamentum, falsūmū nummum fecisset, si vxorem alterius corrupisset, si seruum alienum aut celasset, aut vinxisset, aut emisset sciens, insciente Domino, unde hęc crimina nomen acceperunt, inter sicarios, beneficij, parricidij, falsi, adulterij, plagij. *Quin etiam quæcunque cum priuatos attingerent, de iis questionem publicam constituit lege aliqua voluerunt, ea pro criminibus habita sunt, vt circumscriptio pupillorum lege Lætoria, de qua Cicero de natura Deorum: Inde iudicium publicum rei priuatæ lege Lætoria.*

Vt autem non omnia rerum priuatarum iudicia priuata fuerunt, sic non omnia in quibus crimen versatum est, fuerunt publica: sed ea demum, quæ legibus publicarum questionum sunt constituta, quod docet Macer lib. 1. de iudiciis publicis. *Quoniam autem causæ publicæ crimen fermè complexæ sunt, hiuc nōmen etiam criminalium inuenerunt.*

Criminibus ipsis adiungi debet disputatio de pœnis, quibus ipsa crima vindicata sunt. Pœnarum autem genera ex auctoritate Tullij octo prodidit Isidorus, damnum, vincula, verbera, talionem, ignominiam, exilium, seruitutem & mortem, quarum alia bona lęserunt, vt damnum, alia corpus, vt vincula, verbera, & talio: alia ius, vt ignominia, exilium & seruitus: alia vitam, vt mors.

Damnum alio nomine mulcta est dicta. Mulcta Sabinum vocabulum fuit, eaque in ouibus & bubis æstimandis constituit, quibus primis temporibus Italia abundauit. Itaque vt scribit Agellius lib. 11. Suprema mulcta erat duarum ouium, & triginta boum, pro copia scilicet boum, & penuria ouium. Sed cum eiusmodi mulcta pecoris, armentique à magistratibus dicta erat, adigebantur boues, ouisque aliás pretij parui, aliás maioris, eaque res faciebat inæqualē mulcta punitionem, idcirco postea lege Ateria constituti sunt in oves singulas æris deni, in boues, æris centeni. Minima vero mulcta fuit ouis vnius. Quando autem à magistratibus populi Romani more maiorum mulcta dicebatur, vel minima, vel suprema: obseruari solebat, vt oves generi virili appellarentur, atque ita M. Varro hæc legitima verba, quibus minima mulcta diceretur, concepit: M. Terentio, quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ego ei vnam ouem mulctam dico: ac nisi eo genere diceretur, negauerunt, iustum videri mulctam. Hæc ex Varrone, Agellius. Festus autem ita: *Mulctam Osci dici purant pœnam quandam. M. Varro ait, pœnam esse, sed pecuniariam, de qua in primo libro epistolarum questionum refert. Maximam mulctam dixerunt trium millium, & viginti assium, quia non licet quondam pluribus triginta bobus, & duabus ouibus quenquam mulctare, æstimabaturque bos centussibus, ouis decussibus, vt scribit Agellius. Quam autem legem Ateriam vocavit Agellius, eam Tarpeiam nominat Festus, quod Alterius cum Tarpeio Consul eam tulerit. Pro E mulcta vero etiam sèpè pecuniam dierunt.*

Vinculorum nomine complexi sunt compedes, pedicas, manicas, catheras, neruos, boiam & carcerem. Plautus *Afinaria*: Qui aduersum stimulos, laminas, crucēs, compedēsque, neruos, catheras, carceres, numellas, pedicas, boias, &c. Compedes vinculum est, quo pedes irretiri solent, ab impediendo dicti, teste Nonio. Pedica, vinculum quo pedes vincuntur. Manica, quo manus, Nonius, Neruum, ait Festus, appellamus ferreum vinculum, quo pedes impediuntur, quanquam Plautus eo etiam certuices vinciri ait: *Perfidiosē captus, eo ædopol neruo cernices probas. Boiæ, id est genus vinculorū, tam ligneæ, quam ferrea dicuntur, Festus, ybi Scaliger addit ex antiquis Glossis Boiæ propriè esse collare. Carcerē ædificatū fuisse ab Anco rege, scribit Liutius lib. 1. imminente foro ad terrorē crescentis audaciæ omnia ad coercendos & constringendos homines comparata. Unde illa Ciceronis in vii. in Verrem: Quæret, quamobrem fasces Prætoribus præferantur, cur secures datæ, cur carcer ædificatus, cur tot supplicia more majorum in improbos constituta? Cæterū teorum*

**A** reorum custodia duplex fuit, Carcer & priuata domus. Ante Confessio nomen in liberas custodias tradere consueuerunt. Liberæ autem custodiaz dicebantur, cum apud magistratus domi, aut apud priuatōs, nobiles ponebantur custodiendi, quemadmodum de Indice Bacchanalium scripsit Liuius, & de Coniuratis Sallustius. Post confessionem verò in vincula publica coniiciebantur. Venuleius ff. de custodia reorum: Reus confessus, donec de reo pronunciaretur, in publica vincula coniiciendus. Item Scœuola: Reus confessus, ob solam confessionem coniici in vincula consuevit. Fuit autem custos quidam carceris, quem Commentariensem vocat Plinius, lib. 7. cap. 38. qui triumviro capitali cuius summa carceris, & animaduersonis cura fuit, parebat. Ostendit hoc Valerius lib. 5. scribens, custodem carceris pietatem filiæ, quæ

**B** in carcere matrem lacte sustentauit, ad Triumuirum derulisse.

Verbera inficta sunt virgis & fustibus. Virgis vñi sunt magistratus, cum expeditis fascibus liçores animauerterunt in terga: precessit autem verberatio extreum mortis supplicium. Fustigationem in castris adhibuerunt, & priuatim, Valerius lib. 6. Metellus vxorem, quod vinum bibisset, fustum interemit.

De Talione sic Isidorus: Talio est similitudo vindictæ, vt taliter quis puniatur, vt fecit. hoc enim & natura & lege est institutum, vt ledentem similis vindicta sequatur, vnde & illud est legis: Oculum pro oculo, dentem pro dente. Item, Festus citat hęc verbale legis: Si mēbrum rupit, ni cum eo pacit, talio esto. Permittit autem, inquit, lex parem vindictam. Hinc Justinianus scripsit: Pœna iniuriarū per membrum C ruptum talio erat. Agellius autem libro 11. ca. 1. addit, reum habuisse facultatem pacificandi, & nō necesse habuisse pati talionē, nisi eam elegisset. Sed de hac legē suprà.

Ignominia fuit infamia. Cicero lib. 4. de Rep. teste Nonio: Censoris iudicium nihil ferè damnato affert, nisi ruborem. Itaque quod omnis ea iudicatio versatur tantummodo in nomine, animaduersio ista ignominia dicta est. Infames autem lege & edito Prætorio factos, & quare, apparet ex Digestis de iis, qui notantur infamia. Cæterum infamia ius munerum, honorumque ciuilium fermè admetit.

Exilium intellexerunt, cum aqua & igni interdixerunt. Siquidem consuetudo loquendi obtinuit, vt omnes, quibus aqua & igni interdictum esset, quoniam exiliij causa solum vertere cogeabantur, exiles appellarentur, vt est in Rhetoricis ad Herennium. Exilium autem non nominabatur in interrogatione pœnæ, sed aquæ & ignis interdictio, quam necessarij sequebatur exilium. Neque enim sine aqua & ignis vñi esse quisquam in vrbe poterat, quod docet Cicero pro Cæcina. Exilium nō est supplicium, sed perfugium, portūq; supplicij. Nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere aut calamitatem, eō solum vertunt, hoc est locum, ac sedem mutant. Itaque nulla in lege nostra reperitur, vt apud cæteras ciuitates, maleficium vñlum esse exilio multatum: sed cum homines vincula, neces, ignominiasq; vitant, quæ sunt legibus constitutæ, configuiunt, quasi ad aram, in exilium: qui si in ciuitate legis vim subire vellet, non prius ciuitatem, quā vitam amitterent. Exilio autem ciues iure ciuitatis nudati sunt. Relegati autem dicti, teste Festo, quibus ignominiae, aut pœnæ E causa necesse fuit, ab vrbe Roma, aliouē quo loco abesse, lege, Senatusq; consulto aut edito magistratus.

De seruitute autem, qua ius libertatis est violatum, & extremo supplicio, quo vita adempta, vt quæ horum iudiciorum non sint, post alio loco magis idoneo dicetur.

Quoniam autem has pœnas omnes duobus nominibus inclusuerint, pecunia & capitis, ob id factum est, vt iudicia publica alia Capitalia fuerint, alia non fuerint. Quod etiam scripsit Paulus ad Edictum principis his verbis: Publicorum iudiciorum quædam Capitalia sunt, quædam non Capitalia. Capitalia sunt, ex quibus pœna mors, aut exiliū est, hoc est, aquæ & ignis interdictio. Per has enim pœnas eximitur caput de ciuitate. Nam cætera non exilia, sed relegationes propriæ dicuntur, tunc F enim ciuitas retinetur. Non Capitalia sunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio pœna est. Haec tenus ille. Vt autem omnes causæ criminales capitales fuerint, veluti si maiestatis reus multatus esset pecunia: sic nō omnes capitales crimen continuerint, vt causa Quinti, quæ à Cicerone capitalis dicitur (cū tamē sit sine criminе) quia infamiam afferebat, Quintius autem Vadimonii deseruisse dicebatur.

Modestinus ff. de verborum significatione: Licet capitalis Latinè loquentibus omnis causa existimationis videatur, tamen appellatio capitalis, morris, vel amissionis ciuitatis intelligenda est. Cicero pro Q. Roscio: Si qua sunt priuata iudicia, summæ existimationis, & propè dicam capitum, tria hæc sunt, fiducia, tutela, societas.

## De Prætoribus Quæsitoribus, iudicibus quæstionum, & iudicibus CAP. XIX.

**R**IMINIBVS explicatis, transeamus ad Quæsidores. Quæsidores dicti, qui iudicium publicum exercuerunt, quam quæstionem vocarunt. Huic autem rei operam dederunt primum Reges, deinde Consules, post magistratus ij, quos ei muneri Senatus, aut populus præfecit. De Regibus auctor est Dionysius lib. 2. qui Romulum Regem delicta maxima cognouisse minora. Senatoribus permisso scribit, & Liuius li. 1. qui, cum Superbum Regem scribat, ut metum populo encuteret, cognitiones capitalium rerum sine consiliis, per se solū exercuisse, propter que eam causam occidere, in exilium agere, bonis mulctare potuisse: non obscurè, quid cæteri superiores reges seruariint, ostendit. De Consulibus ex eo elicere possumus, quod in Regum locum successerunt, & quod Brutus primus Consul de coniuratis ultimum supplicium, causa ipsa cognita sumpsit. Verum eodem anno id ius lege Valeria de prouocatione lata, est, imminutum, cautumque in posterum, ne Consul de capite ciuii Romani iniussu populi quereret: verum ij demum, quos populus quæstionib. publicis præfecisset, qui inde Quæsidores parcidij sunt appellati, quos non multò post Reges exactos institutos scribit Pomponius, ff. de orig. iuris. Vnde Festus, Quæsidores parcidij (sive Parcidij) appellatos ait, quos soliti fuerint create causa rerum capitalium. Horum autem apud Liuium sæpius memoria celebratur, ut Cossio, & Medullino Consulibus, anno ccxl. item anno cccxli. & anno DLXVI. Atque in hunc quidem modum usque ad annum DCIV. Quæstiones publicæ exercita sunt, ut quotiescumque res posceret, aut Consules, aut Dictator, aut prætor Senatus consulto, aut lege querere iuberetur.

Anno autem ipso DCIV. perpetuae quæstiones esse, ac proprium Quæsitem habere cœperunt. Legem enim L. Piso Tribunus plebis tulit, qua quæstionem repetundarum perpetuam fecit, ut scribit Cicero in Bruto, his verbis: Carbone forum tenente plura iudicia fieri cœperunt. Nam & quæstiones perpetuae hoc adolescentem constitutæ sunt, quæ nullæ antè fuerant. L. enim Piso, Trib. pleb. legem primus de pecuniis reperiudis, Censorino & Manlio Coss. tulit. Ij verò eo anno, quo dixi, Consules fuerunt. Quæstio verò perpetua facta intelligitur, cum Prætori in singulos annos mandatur: mandatur autem, cum hac verba in lege de aliquo vindicando criminis lata ponuntur: De ea re Prætoris quæstio esto. Item Prætor, qui ex hac lege queret, facito, ut, &c. Post quæstionem de repetundis quæstio inde de peculatu, de maiestate, & de ambitu perpetua facta est: cumq; sex tum crearentur in urbe Prætores, murata est tota ratio sortitionis Prætoriæ. Antè enim Prætores bini singulas domi iurisdictiones, ex Senatus consulo sortiebantur, urbanam & peregrinam: reliqui quatuor prouincias foris gubernandas. Ab hoc verò tempore duæ iurisdictiones, & quatuor quæstiones in sortem ex Senatus consulo à Prætoribus sex conici cœptæ. Prætura verò Romæ acta prouincias sortiti sunt, in eisq; Proprætore profecti sunt. Demum L. Cornelius Sulla Diætor, ut inquit Pöponius, quæstiones alias quatuor publicas tulit, de sicutiis, beneficiis, falso, & patricidio: & propterea Prætores quoq; quatuor, ut de iis quererent, addidit. Sic enim exponit Cicero in Verrem: Lex Cornelii testamentaria, nummaria (hæc est, quæ quæstionem de falso continet) cæteræ complures, in quibus non ius aliquod nouum in populum constituitur, sed sanctatur, ut quod semper malum facinus fuerit, eius quæstio ad Prætorem pertineret ex eo tempore. Quoniam autem numerus Prætorum, & ratio cognitionum earum iam inde ab initio permissa erant arbitrio Senatus: ob id factum est, ut raro, aut fortasse nunquam, nisi octo Prætores, quotannis sint creati, ita ut cum essent octo Prætores, & decem cognitiones, in iis deferendis pro voluntate Senatus variatum sit. Ut enim ante

**A**ntè aliquando binæ iurisditiones, & binæ prouinciae singulis sunt tributæ: sic post-hac & binæ iurisditiones, & binæ quæstiones singulis, & iurisdictio cum quæstione vni, & vna quæstio duobus ex Senatusconsulto commissa est, id quod pluribus exemplis in medium prolati demonstrat Siganus.

Quanquam autem post annum DCIV. Prætores primùm quatuor, deinde sex perpetui singularum quæstionū Quæstiores sunt constituti, ut eas quotannis sortirentur: non tamen omnia iudicia publica ab ordinariis illis Quæstoribus facta sunt, verum extra ordinem multæ quæstiones aut Senatusconsulto, aut plebiscito, ut antè, aut Consulibus, aut aliis magistratibus, aut etiam priuatis hominibus mandatae sunt: siue quia nulla dum lex de iis constituendis erat lata, siue quod lata erat illa qui-

**B**udem, sed pro rei atrocitate extra ordinem quærendum esse videbatur. Exempla etiam huius rei sunt apud Siganum. Ac Quæstorum quidem siue ordinarij, siue extraordinarij essent, quanquam potestas ab ea lege, qua creati erant, tota manauit: tamen omnium in his rebus collocata fuit, ut in foro, atque in tribunali, & in sella Curuli sedentes, iudice quæstionis aliquo (de quo iam dicetur) operam fidemque nauante, gladio posito, iudicium exercerent, cum eis iudicibus, qui eis obuenissent, sedentibus in suis subselliis, scribis vero, accensis, præconibus, lictoribus, aliisque apparitoribus assistentibus, id quod ex Ciceronis Oratione pro Cluentio, & eiusdem Bruto est manifestum. Ceterum quæstio, euersa Republi-  
ca, merum imperium est appellata. Sunt enim tria magistratum imperia cele-  
brata, merum, non merum, & mistum. Merum fuit cognitione rerum capitalium,

non merum priuatarum, quod propriè iurisdictio est appellata: mistum vtrarumque. Indicat Vlpianus ff. de iurisdictione: Imperium aut merum est, aut mistum. Merum est imperium, habere gladij potestatem ad animaduertendum in facino-  
rosos homines. Mistum est imperium, cui etiam iurisdictio inest, quod in danda bonorum possessione consistit. Iurisdictio est etiam iudices dandi licentia, id est, merum imperium continet causarum capitalium cognitionem: mistum non so-  
lum cognitionem rerum capitalium, sed etiam iurisdictionem, id est, priuata-  
rum cognitionem, quæ cum multis aliis in rebus versetur, tum vel maximè in  
danda bonorum possessione, & dando iudicio posita est, ut supra ostendimus. Et  
**D** Paulus de officio eius, cui mandata est iurisdictio: Mandata iurisdictione etiam imperium, quod non est merum, videtur mandari. Gladius autem, de quo di-  
ctum est, insigne opinor fuit magistratus publicum iudicium exercentis, scut hafta  
Prætoris urbani, priuatum iudicium exercentis.

Præterea vero hanc quætionem, siue merum imperium, publiciue iudicii cognitionem, aut exercitionem mandari alteri non potuisse, satis constat, nisi for-  
tasse eadem lex, quæ de quæstione erat lata, quæstionem illam transmitti licuisse  
sanciuerit. Papinianus ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio: Quæcunque specialiter lege, vel Senatusconsulto tribuuntur, mandata iurisdictione non transfe-  
runtur, &c. vide locum. Atque hæc quidem de Quæstoribus.

Exceptis autem Prætoribus, quos summos Quæstores fuisse diximus, erant  
**E** etiam iudices quæstionum, qui ab Asconio Principes quæstionum dicuntur, & di-  
stincti erant à Prætoribus, Quæstoribus, & ab aliis iudicibus, & creabantur ex ma-  
gistratibus, postquam ædiles fuissent. Forum officium erat, datam actionem exer-  
cere, iudices sortiri, testes audire, quæstiones habere, tabulas inspicere: Prætores  
autem actionem dabat, aut negabant iudices cogebant & dimitebant. Sunt tamen,  
qui opinantur, iudicem quæstionis eundem cum Prætore fuisse: alij vero, cum non  
solum non Prætorem fuisse, sed hominem omnino priuatum, quarum opinionum  
refutationem habet Siganus.

Restant cognoscendi iudices, qui à Prætoribus Quæstoribus, & iudicibus quæstio-  
**F**nym distincti fuerunt. Iudices vero dicti sunt, qui ex lege ad iudicandum adhibiti  
sunt, quorumque sententiam Prætor ipse pro tribunali pronunciat. Horum autem  
legendorum diligens admodum ratio fuit. Primum enim causum est ex quibus ordi-  
nibus essent legendi, deinde quo numero in singulos annos, inde qua conditione,  
& qua grata. De ordinibus si querimus, primùm lecti fuerunt ex ordine Senatorie,

antiquo, ac regio instituto, deinde ex equestri, lege Sempronia C. Gracchi, tum ex A vtroque, lege Seruilia Cæpionis: deinde ex equestri, lege Seruilia Glauca, deinde iterum ex Senatorio tantum, lege Liuia Drusi, tum ex tribus ordinibus, Senatu, equestri ordine, plebe, lege Plautia Siluani, tum ad Senatores solos res traducta lege Cornelia Sylla: inde ad tres ordines, Senatum, equites, tribunos ætarios, hi enim erant e plebe, lege Aurelia Cotta: postrem redacta ad Senatores & equites lege Iulia Cæsar.

Numerus autem eorum à legibus ipsis præscribatur, ut à lege Seruilia Glauca, quadringentorum quinquaginta. Itaque non idem semper fuit. Ætatis item non eadem ab omnibus habita fuit ratio. Nam lege Seruilia Glauca cautum est, ne minor annis triginta, maior sexaginta légeretur. Cum autem aliis legibus triginta B quinque præscripti essent, Augustus ad triginta rededit, teste Suetonio. Ea verò lectione per Prætorem urbanum, aut peregrinum iuratum celebrabatur, prout lege sanctum fuerat, iisque selecti iudices appellati. Vide legem Corneliam & seruiliam Glauca. Quotannis autem lectos indicat Cicero in Verrem: Nunc Iudicem ex Cal. Ianuarii non habebimus. Munera verò Iudicum fuerunt, ut in legem iurarent, citati à Prætore iudicium exercerent adestent, in subselliis, quæ subiecta tribunalii erant, ex lege sedenter, ne inter se disputarent, postrem iurati sententias ferrent. Hæc etiam de iudicibus, sequitur de actione.

### De exercitione actionis, siue instituenda actione, in ius vocatio, postulatione, nominis delatione, citando accusatore et reo. C A P. XIX.

In ius  
vocatio.



RIMINIBVS, questionibus & iudicibus cognitis, deinceps de exercitione questionis, siue de instituenda actione, atq; tota apud Prætorem agendi ratione differendum est. Ordo verò agendi talis fuit. Priuatus ciuius, qui priuati nomen deferre in animo habuit, eum in Ius vocavit, & Prætorē in foro adiens, qui de crimine illo cognoscet, quod ipse deferre volebat, dicendi potestate accepta, postulauit, ut sibi nomen eius deferre liceret: qua de re impetrata, nomen detulit. Nomine recepto, atque à Scribis, iussu Prætoris, in tabulas relato, ille reus est dictus. Ita primum præcessit in Ius vocatio, deinde postulatio, tum nominis delatio, ad extremum inde secura est accusatio.

Postula-  
tio.

Cæterum in Ius vocatio ita locum habuit, si ille, cui negocium parabatur, in vrbe fuit. Habuit enim, vt puto, prehensionem, & educationem perinde, atque in priuato iudicio. Quod ostendit Seneca lib. 4. Controversiarum, item in Ludo, & Macer, ff. de accusationibus, cum scribit, qui sunt in magistratu accusari non posse, qui sine fraude in Ius euocari non possunt. In ipsa verò vocacione eadem obseruata esse in iudicio publico, quæ in priuato seruata sunt, videtur verisimile.

Vt autem in iudicio priuato, aduersario in Ius vocato postulabatur à Prætore, ut sibi liceret actionem intendere: sic in publico postulabatur, ut sibi liceret nomen deferre. Testes sunt Cælius ad Ciceronem, lib. 8. Epistolam ad familiareis. Cicero ipse in Quininatione, & ad fratrem, & Seneca in Ludo. Postulatio verò fiebat non solum præsente, sed etiam absente illo, in quem fiebat, vt Cicero ostendit scribens ad fratrem, cum Gabinium, postquam accessit ab vrbe, necdum ingressum, à Lentulis de maiestate postulatum nunciat. Idem Cælius ad Ciceronem, & Valerius Maximus libro 3. testantur.

Neq; verò leges potestatem temere concederunt, ut quicunque postulare, aut quicunque postulari possent. Scribit enim Macer ff. de accusationibus: Qui accusare possunt, intelligemus, si scierimus, qui non possunt. Itaque prohibentur accusare alij propter sexum, vel ætatem, vt mulier, vt pupillus: alij propter sacramentum, vt qui stipendium merent, alij propter magistratum, potestatēme, in qua agētes sine fraude in Ius euocari non possunt; alij propter delictum proprium, vt infames alij propter

A propter turpem quæstum, ut qui duo iudicia aduersus duos reos subscripta habent, nummōsque ob accusandum vel non accusandum acceperint: alij proper conditio-  
nem suam, vel libertini contra patronos, hæc Macer. Quod autem scriptum est de  
muliere & pupillis, idem eo loco tradunt Pomponius & Papinianus, sed tamen cum  
exceptione, qua ibi videatur. Quæ verò de iis, qui accusare non potuerunt, à turis-  
consultis scripta sunt, ea ex legibus singulis de quoq; crimine sumpta sunt. Neque  
verò solum leges præscripſisse videntur, qui postulare non possent, sed etiam ipsi  
Prætores pro potestate multos à postulatione videntur repulisse, ut Quæstores, ne  
Prætorum suorum nomina deferrent, propter necessitudinem, quæ inter illos inter-  
cedebat, teste Cicerone Diuinatione. Eadem ratione non omnes postulari poterant,

B primum non magistratus, deinde non iij, qui Reipublicæ causa absunt. De magistra-  
tibus notum est illud libro 45. apud Liuium, vbi Seruilius reprehendit Galba, quod  
si nocere Paulo voluit, non postridie, quam triumphauit, cum primum eum priua-  
tum visurus esset, legibus interrogari. De iis qui Reipublicæ causa absunt, lex  
Memmia sanxit, cuius mentio fit apud Valerium lib. 3. Satis etiam constat, apud Ro-  
manos accusationis munus probro fuisse, laudem tamen attulisse iis, qui, ut inquit  
Cicero in 2. de Officiis, aut Reipublicæ causa, aut patrociniij gratia, aut paternarum  
aut propriarum inimicitiarum causa ad accusationem accederent, cāmq; rem sumi-  
mo honori adolescentibus fuisse, quod etiam in Lucullo scripsit Plutarchus. Iam ve-  
rò in causa repetundarum illud præcipue obseruatum est, ut populi qui repeterent  
C pecuniam, ac spoliatos se per legatos quererent, patronos quoque nominandi po-  
testatem postularent, testibus Liui lib. 43. & Cicerone in 1. de Oratore. Itaque in le-  
gibus de pecuniis repetendis præcipue sanctum est de patronis dandis & repudian-  
dis. Hi verò qui sociorum patroni fuerunt, reorum accusatores exiterunt.

Sæpè etiam evenit, ut duo aut plures non solum in causa repetundarum, sed etiam  
ambitus, & aliorum criminum, accusationem sibi depositerent. Quod cum accidit,  
tum iudicium factum est, utr̄ deberet nomen deferre. Quod Vlpianus ostendit, ff.  
de accusationibus. Si plures existant, inquit, qui in iudiciis publicis accusare volunt,  
iudex eligere debet eum, qui accuset, causa scilicet cognita, & estimatis accusatorum  
personis, vel de dignitate, vel ex eo, quod interest, vel ætate, vel moribus, vel alia iu-  
sta de causa. Hoc autem iudicium Diuinationem dixerunt. Diuinatio porrò dicta  
est teste Asconio in Diuinationem Ciceronis, quia non de facto queritur, sed de fu-  
turo, utr̄ debeat accusare. Alij putant diuinationē dici, quod in iurati iudices in hac  
causa sedante, ut quod velint, præsentire de vitroque possint. Alij, quod res agatur si-  
ne testibus, & sine tabulis, & his remotis, argumenta sola sequantur iudices, & quasi  
diuinent. Agellius autem ita scribit lib. 2. Cum de constitendo accusatore queri-  
tur, iudiciumque super ea re redditum, cuinam potissimum ex duobus pluribus  
accusatio, subscriptio in reum permittatur, ea res, atque iudicium cognitio Diuini-  
atio appellatur. Bassus, Diuinatio, inquit, iudicium appellatur, quoniam diuinare  
quodammodo iudicem oporteat, quam sententiam fese ferre par sit. Et quæ se-  
E quuntur.

Quale autem hoc iudicium fuerit, facile ipfa Ciceronis in Verrem Diuinatio, in  
qua cum Cœcilio disputat, potest docere.

Ex multis autem accusatoribus, qui primas egit, is accusator est dictus: qui secun-  
das, & terrias, subscriptor. Hic verò, ut inquit Aconius, accusatorem adiuuare est soli-  
tus subscriptorum meminerunt Cornelius Nepos in vita Attici, Asconius in Cor-  
nelianam, & Scaurianam, Cicero in Verrem. Plutarchus etiam in Catone maiore  
scribit, legem fuisse, ut reus accusatori daret custodem ad obseruandam accusatio-  
nem eius. Tamen cum Cicero dixisset de Cœcilio, Custodem Tullio me ap-  
ponite: Asconius interpretatus est, accusationis subscriptorem.

F Die constituta, venerunt in Ius Accusatnr, & is, enī accusatio parabatur, ac præ-  
sente Prætore delatio nominis facta est. Primum autem Accusator calumniam <sup>Nominis</sup> delatio,  
iuravit, deinde nomen detulit, iurare calumniam, fuit soleme insurandum con-  
cipere, se non calumniandi causa nomen delaturum esse. Liuius lib. 44. Celius ad Ci-  
ceronem, libro 8. Epistolatum ad familiareis, & Asconius in Cornelianam, Hoc in  
lege

lege Seruilia deiurare Calumniam dicitur. Quoniam autem idem est Delatio non minis in iudicio publico, quod in priuato intentio litis, verisimile est, eadem formulas actionum, quoad res passa est, obseruatas. Nempe qui vadimonium promiserat, dixit: Ecce me, sisto me, & tu sisto te, quid ais? Cui accusator respondit: Aio, te peccasse contra legem hanc vel illam. Hoc innuit Liuius libro 4, Formula vero intentionis eadem ferè in omnibus criminibus fuit. In crimine certè repetundarum talis fuit: Aio, te in Praetura spoliasse Siculos contra legem Corneliam, atque eo nomine festertiū millies à te repeto. Cicero in Verrem. In peculatu ita: Aio, te pecuniam publicam, cum Questor esses, auertisse, & falsas ad ætarium rationes regulisse, atque eo nomine festertiū quingenties à te repeto. In ambitu ita: Aio, te in perendo Consulatu, pecuniam dedit tribubus, prandia, locum gladiatoriibus contra legem Tulliam, atque pecnam, quæ lege continetur, à te repeto. Quod si ille aut tacuisse, aut confessus esset, tum in repetundarum criminis lis æstimabatur, ut victo, aut pena repetebatur: si iniurias esset, postulabatur, ut nomen inter reos recipieretur, ac delatio nominis scribatur, & tempus inquirendi postulabatur. Qui vero hoc faciebat, is dicebatur, Reum facere, & legibus interrogare. Asconius, Cicero pro domo: Sallustius & Liuius libro 45. Ut autem in iudicio priuato petere, & repetere pecuniam dicebatur auctor: sic in publico petere, & repetere multam, & penam accusator. Cic. aliquot locis. Inde fluxit, ut repetere penas ab inimicis dicamus, cum eos vlciscimur, translatione è iudicio deriuata. Vbi vero voce res peracta erat, tum vero ad scriptum veniebatur, ac crimen quod obiciiebatur, libello subscriptum relinquebatur. Vlpianus ff. de Accusatoribus, item Paulus. Asconius in Milonianam, & Cicero pro Cuentio. Ex quibus etiam intelligitur, accusatorem & voce & libello omnia & singula, quibus reus legem illam, quam nominasset, transgressus esset, esse complexum, ut in pecuniis repetundis, abstulisse, iniquè iudicasse, supplicia de ciuibus Romanis sumpsisse, aut alia, quæ se probare aduersus illum posse considereret.

Vbi vero nomen eius hoc modo detulerat, postulabat, ut recipieretur, id est, ut in tabulas inter reos referretur. Praetor enim hoc ius habebat, ut recipere, & non recipere posset, testibus Seneca in ludo, & Cælio ad Ciceronem. Erant autem crimina quædam, quæ propter atrocitatem ac magnitudinem suam extra ordinem accipiebantur, ut particidijs, & de vi Cicero in Rhetoricis, & pro Cælio, Cælius ad Ciceronem.

Recepto autem vel ordine, vel extra ordinem in rei nomine, Praetor certam diem, qua accusator & reus ad iudicium adfuerint, constituebat. Is dies in aliis legibus decimus, in aliis tricesimus fuit. Asconius in Cornelianam, Cicero in Vatinium. In crimine autem repetundarum accusator diem longiorem ad inquirendum poposcit, ut Cicero in causa Verrina centum & decem, teste Asconio, His rebus actis, reus vestem mutavit, & patronus conquisiuit. De ueste hæc ratio fuit. Toga alba deposita, atræ induit, & barbam, capillumq; promisit, squalorēmque contraxit. Quæ vero Agellius lib. 3. de Scipione Æmiliano, Plutarchus de Macro, & Valerius libro 6. de Rutilio narrant, quod nec uestem mutari, nec barbam promiserint, singularia fuerunt. De Patronis hæc accepimus. Scribit Asconius, ante bellum civile Cæsaris raro quæquam pluribus, quam quatuor patronis esse usum, post bella vero civilia ante legem Iuliam usque ad duos patronos esse peruentum. Idem defensorum quatuor genera facit, quorum patronum eum vocat, qui orator esset, & voce causam orandom susciperet, & seculo accusatori opponeret. In his etiam iudicis non licuisse Tribunos plebis appellare, significat Cicero in Vatiniana.

*De citando accusatore.* Quoniam autem sapè accidit, ut perficiendi iudicij causa accusator, & reus citandus fuerit, hoc notandum est. Quoties dies constituta alicui actioni à Praetore accepta, si Praetor adesse non potuit, rem in alium diem differendi ius habuit, Asconius. Si affuit, accusatores, & reum, & patronos citari per preconem iussit. Tum vero, si accusatores non affuerunt, nomen rei ex reis exemptum est: si reus non accessit, absens damnatus est. Asconius eodem in loco, & in Milonianam, & Cicero in Verrem. Etiā illa causa cognitionis differenda fuit, si extraordinarius aliquis reus esset delatus, de qua paulò ante diximus. Itē si qua causa cū ea, quæ agebatur, coiuncta, in iudicium

A iudicium esset adducta. Nam propter coniunctionem, & quasi affinitatem, eam ante ordinarias peragi voluerunt, ut Clero pro Cluentio: Fabricium statim reum fecit, atque ut ei locus primus constitueretur propter causae cognitionem imperauit.

## De iudicibus legendis, sortitione, reiectione, subsortitione, et numero Iudicum. CAP. XX.

**V**bi verò Prætor assederat, & accusatores, reus & Patrōni prodierāt, de Iudicibus agebatur, quod munus plerūq; Iudici quæstiones assignabatur. Numerus autem Iudicum legebatur, qui à lege erat præscriptus, qua iudicitiū illud exercebatur, & quomodo erat præscriptus. Modus autem fuit

B duplex, sortitio & editio. Sortitio fuit eiusmodi: Prætor, aut Iudex quæstionis in vnam coniiciebat omnes Iudices selectos, id est, qui ad iudicium eius anni à Prætoribus

ex lege fuerant delecti, ac sorte eū numerū educebar, quæ lex ipse præscribebat. Quæ factō dabatur potestas reo, & accusatori reiiciendi, quos parum sibi putarent idoneos.

In locum verò reiectorum alios, siue Prætor, siue Iudex quæstionis subsortiebatur. Quæ more in his verbis exponit Asconius: Cùm multi Iudices in Consilio cum Prætore suo iudicari essent, qui Quæstor fuisse in causa publica, necesse fuerat eos primū de curia Senatoria cōscribi, cùm Senatus iudicaret: deinde in vnam mittit, vt de pluribus necessarius numerus sortitio cōfici posset, tertio permittri

C accusatori & reo, vt ex illo numero reiiciant, quos putauerint, sibi aut inimicos, aut ex aliqua re incōmodos fore. Reiectione celebrata, in eorū locū, qui reiecti fuerant, subsortiebatur Prætor alios, quibus ille Iudicum numerus legitimus completeretur. & alibi: Sortitus erat iudices Prætor Verres in eorū locum, vt mos est, alios. Quibus verbis ostendit, hanc lectionē multarū adē legum, ac quæstionū fuisse, vt more facta dicatur. In hac tamen re variatū esse vi legum satis postea apparebit. Reiectionis meminit Cicero pro Sylla, & in tertia in Verrē. De editione mētio sit in lege Seruilia Glauiciæ, qua iubetur, vt actor cōdū. Iudicibus centū edat, reus ex centum edat quinquaginta, sicuti alio loco ea recitata est. Eadem ratione lex Licinia de Sodalitiis

D potestatem dedit accusatori edendi iudices reo, verū non ex delectis iudicādum, sed ex vniuerso populo. Qua de re grauissimè conqueritur Cicero pro Plancio.

Hac re transacta, Iudices lecti citabantur, quīq; adesse non poterat, excusationem afferebat. Cicero in 5. Philippica. Qui verò accedebant, & iudicium accipiebant, ij iurandū suscipiebant, atq; eorum nomina inscripta in arcis reponebantur. Vnde scripsit Asconius: Subscriptione perfecta, iurabant in leges Iudices, vt obstricti reli-

E gione iudicarent. (In diuinatione verò non iurabant, eodem Asconio teste) Cùm iurassent omnes præter ipsum Prætorem, nomina eorum libellis cōsignabantur, ne pro se lectis Iudicibus, vt sit in multitudine, aliqui suppositi corruptissimè iudicarent. Addit verò alibi: Facile verò pro veris Iudicibus improbi supponi poterant, volente hoc Iudice quæstionis, & illis patientibus, qui non veri Iudices erant: quia nisi citati

non confidebant, & graue onus erat, & incommodum, iudicare. Iurasse autem eo modo, quo Iudices priuatarum causarum, facile existimauerim.

## De prima actione, quæstionibus, testibus & tabulis.

### CAP VT XXI.

**H**is actis inde cognoscendæ causæ opera dari est cōcepta. Cognitio verò fermè omnis in duas actiones diuisa fuit, primam & secundam, quarum secunda à comperendinatione manauit in iis causis, in quibus comperendinatio est permitta, vtrq; verò actio accusationem & defensionem complexa est. Quoniam autem accusatio testimonii maximè nitebatur, propterea prius de testimoniorum ratione, deinde de accusatione agamus.

Testimoniorum nomine omnes probationes extricatus sumptæ sunt appellatae, quæ etiam expertes artis ab iis, qui de artificio Oratorio scriperunt sunt dictæ. Hæ verò in tres porissimum partes tributa sunt, quæstiones, testes, & tabulas. In his studiū

accusatoris maximè fuit collocatum: atque earum, & eiusmodi rerum parandarum gratia dies aliquot post nominis delationem ad inquirendum sumpererunt, quod maximum in lege repetundarum est obseruatum. Quanquam non omnia crimina iisdem testimonis confirmata sunt. Nam cædes questionibus, & testibus probata est, tabularum fidem non desiderauit. repetundæ & peculatorum testes, & tabulas poposcerunt, questiones repudiarunt: maiestas autem & ambitus solis etiam testibus fuit contenta.

**De Questionibus.** Questiones fuerunt testimonia seruorum, vi tormentorum expressa. Itaq; propria accusatoris fuerunt, vt reum ex dictis seruorum conuinceret. Itaque accusator, vbi primum Questionis cum iudicibus assedit, seruos rei in questionem postulare confueuit, & ab eo datos in tormentis habere. Asconius in Milonianam. Ceterum B serui contra Dominos torqueri non poterant, excepta causa incestus & coniuracionis, teste Cicerone pro Deiotaro, & in partitionibus. Ratio aurem querendi qualis fuerit. Cic. pro Cluentio, & Milone ostendit. Questione habita, & in tabulas relata, tabule obsignabantur, vt ibidem dixit Cicerone pro Milone. Questionis autem habita est in eculeo, de quo post dicam.

**De testib.** Questionibus cognitis testes sunt attingendi. Hi fuerunt liberi homines, qui testimonium extra tormenta dixerunt. Quoniam autem non omnibus dicere testimonium licuit, propterea ante de testium conditione querendum est. Callistratus ff. de testibus hæc scribit: Testium fides diligenter examinanda est, id est, que in persona eorum exploranda erunt in primis conditio cuiusque, utrum quis decurio, an plebeius C sit, & an honesta, & inculpatæ vita, an vero notatus, & reprehensibilis, an locuples, vel egēs sit, ut lucri causa quid facile admittat, vel an inimicus ei sit, aduersus quem testimonium fert, vel amicus ei sit, pro quo testimonium dat. Nam si careat suspicione testimonium, vel propter personam, à qua fertur, quod honesta sit, vel propter causam, quod neque lucri, neque gratiae, neque inimicitiae causa sit, dimittendus est. Videantur etiā quæ ibi scribunt Arcadius & Papinianus. De iis vero, qui testimonium dicere non potuerunt, lex xii. tabularum locuta est, verba quædam sunt apud Agelli lib. 15. cap. 13. Qui se fierit testarier, libripensve fuerit, in testimonium fariatur) improbus, inestimabilisque esto. Inestimabilis autem est, vt inquit Caius, & qui lege iubetur, ne eius testimonium recipiatur, neve ipsi dicatur testimonium. Sed de tota D hac lege libro proximè precedenti satis dictum. Testium porro illa diuisio fuit, vt alij testimonium sponte dicerent, alij inuiti: his lex iubebat, vt testimonium denunciaret ab accusatore, qui vti eorum testimonio cupiebat, quam intellexit Valer. li. 8. & Cic. in Verr. Non putasti me in hanc rē tuis familiarissimis testimonia denūciaturum. In quibus autem causis inuitis testimonium denunciari non possit, ostendit lex Iulia publicorum iudiciorum, quam alio loco recitauimus. Et de his testibus si testimonium dicere respulserint, sic scriptum erat in xii. Cui testimonium defuerit, is tertii diebus ob portum obuagulatu ito: id est, si quis, cui testimonium denuciatum sit, ipsum testimonium deferuerit, tum ad ædes eius ad dicendum conuiui ito, de qua lege alibi. Quoniam vero testes protulit, & accusator, & defensor, inuitos quidā accusator, voluntarios uterque diligenter, quemadmodum eos interrogaret, animaduertere debuerunt. Fuit enim in interrogando teste summa industria Oratoria laus posita, de qua scripsit Quintil. lib. 5. Institut. Oratoriariam cap. 2. vbi de tota ratione interrogandorum ab utraque parte testium pluribus ac subtilius agit. In quam sententiam etiā ab Asconio scriptum est: Tenere debemus interrogations testium, & accusatoris & defensoris fuisse, & eius, qui producit, & eius contra quæ producuntur. Videndus & Cicero pro Flacco. Formula interrogandi testis fuit: Quæro de te, arbitris ne? Ipsi vero testes respondebant iurati, respondentésque dicebant: Arbitror: Asconius. Religione adducti testes à Cicerone dicuntur, quia iurati testes produci solent non solum ne falsa dicant, verum etiam, ne quæ vera sint, taceant. Cicero in Lucculo: Maiores nostri voluerunt, vt qui testimonium diceret, arbitrari se diceret etiā, quod ipse vidisset. Ceterum interrogatio testium ipsam accusationem praecessit, id quod cum aliis legibus cauti est, tū Pópeia de vi, de qua supra. Aliæ leges post causam astam testes dari voluerunt, vt lege Cornelia de repetundis in Verrem. Cicero. Addit

**Paulus ff. de testib.** **Papinianus ff. de accusat.** In quibus autem causis inuitis testimonium denunciari non possit, ostendit lex Iulia publicorum iudiciorum, quam alio loco recitauimus. Et de his testibus si testimonium dicere respulserint, sic scriptum erat in xii. Cui testimonium defuerit, is tertii diebus ob portum obuagulatu ito: id est, si quis, cui testimonium denuciatum sit, ipsum testimonium deferuerit, tum ad ædes eius ad dicendum conuiui ito, de qua lege alibi. Quoniam vero testes protulit, & accusator, & defensor, inuitos quidā accusator, voluntarios uterque diligenter, quemadmodum eos interrogaret, animaduertere debuerunt. Fuit enim in interrogando teste summa industria Oratoria laus posita, de qua scripsit Quintil. lib. 5. Institut. Oratoriariam cap. 2. vbi de tota ratione interrogandorum ab utraque parte testium pluribus ac subtilius agit. In quam sententiam etiā ab Asconio scriptum est: Tenere debemus interrogations testium, & accusatoris & defensoris fuisse, & eius, qui producit, & eius contra quæ producuntur. Videndus & Cicero pro Flacco. Formula interrogandi testis fuit: Quæro de te, arbitris ne? Ipsi vero testes respondebant iurati, respondentésque dicebant: Arbitror: Asconius. Religione adducti testes à Cicerone dicuntur, quia iurati testes produci solent non solum ne falsa dicant, verum etiam, ne quæ vera sint, taceant. Cicero in Lucculo: Maiores nostri voluerunt, vt qui testimonium diceret, arbitrari se diceret etiā, quod ipse vidisset. Ceterum interrogatio testium ipsam accusationem praecessit, id quod cum aliis legibus cauti est, tū Pópeia de vi, de qua supra. Aliæ leges post causam astam testes dari voluerunt, vt lege Cornelia de repetundis in Verrem. Cicero. Addit

A Addit Quinctilianus testimonia aut à præsentibus dicta, aut per tabulas simpliciorēm fuisse contra tabulas pugnam. Adicit illud etiam, sèpè contigisse, ut testes laudare opus esset, cuius rei ratio ex artificio Oratorio repetenda fuit. Non omittendum est illud etiam, quod est apud Isidorū de testibus alligatis: Testes sunt, inquit, à quibus <sup>veritas</sup> in iudicio, quos quisque ante iudicium sibi placitis alligat, ne cui sit postea liberum, aut dissimilare, aut subtrahere se, & alligati appellantur. Itaque Cicero scripsit ad Fratrem: Nieriū Iudex edidit ad alligatos, Cn. Lentulū, & C. Cornelium. Atque hæc de testibus. Restant tabulae explicande.

Tabularum vero nomine omne genus scripturarū appellabant, quo causam confirmare suam possent. In primis autem erant tabulae dati, & expensi, quas accusator à lis.

B tēo postulabat in certis causis, ut repertundarum, & pecularius, de quibus sic Asconius: Moris fuit, vnumquemque domesticam rationem sibi totius virtutis suæ per dies singulos scribere, ex qua appareret, quid quisque de redditibus suis, quid de arte, scœnore, lucrōve se posuisset, quóque die, & quid itē sumptus, damnivē fecisset: sed postquam ob signandis literis reorum ex suis quisque tabulis damnari cœpit, ad nostram memoriam tota hæc consuetudo cessavit. Hæc ille. Quò respexit etiam Cicero aliquot locis. Fuerunt etiam tabulae auctionariae, in quibus argētarij, quarum rerum auctio futura esset, prescripserant, quarum meminit Cicero in Catilinam, & Quinctilianus libro 11. Fuere etiam pactionales, in quas ob signatas pacta referebantur, Cicerone libro primo de Orat. teste. Quinetiam literæ, & syngraphæ omnes uno tabularum nomine comprehenduntur, ea que ab accusatore inquisita, & ob signatae, ne corrumperentur, ad Prætorem delatae sunt, Cicero pro Flacco, & in Thusculanā 5. Fuerunt item tabulae rationum relatarum, quibus iudices docentur, quæ publicè data, & accepta sunt, de quibus Festus. Atque hæc haec tenus.

### De accusatione, defensione, & laudatione.

#### CAPUT XXII.

**C**um igitur die cognitionis Prætor consilium aduocasset, atque citatus accusator & reus adesset, tum accusator dicendi potestate accepta, actionem instituit, quippe primis diebus criminis singula exposuit, atq; ad extremum ea producendis testibus confirmauit. Itaque tota illa interrupta oratio fuit, deinde produciti testibus alteram alio die orationem habuit, quæ perpetua fuit, & illa, Accusatio est dicta, de qua Cicero pro Cælio: Accusatio crimen desiderat, rem ut definiat hominem, ut notet, argumento probet, teste confirmeret, quam non unus accusator peregit, sed partitis inter se munieribus multi. Eadē procernia habuit ad odium, & inuidiam inflammardam compōnit. Narratio inde, si indicet, (neque enim omnne crimen, ut ambitus, narrationem admisit) ad confirmationem fuit apposita: utrāque vero ad eum, qui iam tem teneret, accommodabatur. Contentio non crimen illud solum, quod intendebatur, sed totius præteritæ vita criminationem complexa est. Itaque non solum testimonia adhibuerunt, sed etiam argumenta, id est, ex ipsa re, & vita rei superiori sumptus conjecturas, suspicções, & signa, omnēque eo industriam suam intenderunt, ut factum fuisse, quod intendebatur, ostenderent. Id enim erat, in quo lex violata obiciebatur. Contentio inde peroratio grauis, & vehementes erat subiecta. Itaque accusatio omnino nihil aliud fuit, quam perperua oratio ad criminis inferenda, atque augenda artificiose composita. Dixit autem accusator, quæ voluit, & per quod dies legis permisso voluit. Cicero pro Cluentio. Asconius etiam viginti dies datos ad accusandum, & viginti ad defendendum, lege opt. non Cornelia scripsit.

**F** legi a Prætore concessus. Cicero pro Cluentio. Ceterum vi accusatores criminis inferenda, sic Patroni diluenda, partitis inter se munieribus suscepientur. & quoniam tres erant defensionis arcis, aut factum negare, aut nomen facti, aut iure factum probare: si, quod firmius videbatur, factum negassent, fermè testes non dabant, sed orationem adhibebant, qua aut testes, tabulæque poscebant, aut

qui producti erant, refutabant, quod docent Asconius, & Cicero pro Fonteio. Ut autem accusatori testimonia, sic defensori argumenta aptiora fuerunt, que Rhetores in verissimilia & signa distribuerunt, cuius rei clarissimum exemplum Miloniana suppeditabit. Quod si de nomine facti, aut de iure controversia fuit, tum aut subtilibus definitiōibus, aut eruditis de iure, sive absoluto, sive assumptivo, as populi negotiū confecerunt. Erant autem quædam causæ, quæ committit hinc inficiacione defendebantur, ut reperundarum, & ambitus: alia quæ defiaitione, ut maiestatis: quædam iure, ut cædes. Primarum exemplum erit defensio Fonteij, Flacci, Murenæ, & Plancij, secundarum Cornelij, tertiarum Miloniana. Quinetiam Gracchi & Saturninus iure cæsi fuissent defensi suæ. Principia adhibebant ea, quibus incendium edij ab accusatore conflati restinguenter, & amore iudicem reo reconciliarent. Narrationes cum incidenter, ad defensiones rationes accommodabant, ea que futuræ fidei seminarium statuebant. In contentione aut vitam rei, si probris affecta fuisset, purgabant, aut si hominum opinione probata fuisset, pro argumēto innocētia proponebant, arque inde partibus accusationis singulis occurrebant, & vulnera ab accusatore facta lanabant. Per orationes verò eiūmodi adhibebant, vt iis misericordiam comouere contendenter. Cum autem multi dicerent, causa non uno die peragi potera, sed ad multos traducebatur. Cicero quidem scribit, sed per tres amplius dies Verrem accusasse, eundem verò Cornelium per quatriduum defendisse, tradit Asconius. Erant autem dies epilogorum, in quibus ad concitandam misericordiam paruuli etiam filii reorum producebantur: qua de re multa egregiè scriptis C Quintilianus, meminit & Asconius.

*Laudatio.* Moris etiam fuit, vt rei præter Patronos laudatores etiam adhiberent. Hi fuēre aut cives summa auctoritate viri, qui in periculo capitris vitam rei in iudicio laudarunt, aut municipes rei, quos municipia publico nomine eius officij causa Romam miserunt: aut homines prouinciales, quos singulæ prouinciarum ciuitates ab eo administratæ, cum publica laudatione ad subleuandum rei periculum miserunt. Hi minimū detem dati dicuntur. Cicero in Verrē, & in 2. de Oratore. Hæc autē laudatio aliquando defensioni præposita est, vt Cicero pro Flacco: aliquando in ea infera, idem pro Cluentio: nonnunquam etiam ipsam est defensionem subsecuta, vt de Scauro Asconius refert, & Cicero pro Cælio. His actis, si iudicibus sententiæ latio permitta esset, iij primo cœtu, & primo iudicasse dicti sunt. Auctor Rhetorico-rum ad Herennium, & Cic. in 3. Verrina.

### De secunda actione quæ comperendinatio dicta est, & de officio questoris, dum causa agebatur. C.A.P. XXIII.

**V**ox. si lex comperendinationem haberet, prima actione perfecta, post tertium diem secunda est instituta, quæ Comperendinatio dicta est, cō quod compendino die ageretur. Hanc Asconius definitiuit, partis vtriusque recitationem, id est, vt ego interpretor, nouam accusatoris, & rei citationem. In hac verò actione contrà factum est, atque in superiore. Ibi enim accusator priore loco dixit, defensor posterior: hic contrà prius defensor, posterius verò iterum actor. Cic. in Verrem. Cum igitur in comperendinatione defensio præcederet accusationem, sanè intelligendum est in ceteris eandem fuisse rationem, atque superiorum fuit, probationum, arque argumentationum. Accusationis huius secundæ exemplo sint, quinque libri in Verrem, quorum vnu de Prætura urbana inscribitur, alter de iurisdictione Siciliensi, tertius de re frumentaria, quartus de signis, quintus de suppliciis.

Hæc autem omnia Questoris prudentia regebantur, si quidem scriptum est in E Rhetoricis ad Herennium, Accusatoris officium esse inferre crimina, defensoris, diluere, testis dicere, quæ scierit. Questoris, vnumquemque in eorum officio contine-re. Intetim verò dum causa agebatur, Questor & dimittere Iudices, & inuitos retinere pro potestate potuit. Cicero multis locis. Custodiebat etiam vrnas in tribunali paratas

A paratas siue ad sortes ducendas, siue ad sententias Iudicium, quæ in tabellis scriptæ erant, recipiendas. Cicero in Vatinium. Itaque hoc alludens Virgilius dixit:

*Quæsitor Minos vnam mouet. Ille silentum  
Conciliūmque vocat, vitasque & crimina disci.*

## De latione sententiae, estimatione litis & animaduersiope.

### CAPVT XXIV.

**P**OSTquam autem aut prima, aut secunda actio perfecta fuit, tum uterque Orator se dixisse significauit, quo auditio, præco eos dixisse pronunciauit. **P**raetor vero Iudicibus tabellas dedit, & ut sententias ferrent, in consilium misit. Prioris moris meminit Asconius & Cicero. Mittere autem, aut dimittere in consilium Iudices erat, iubere illos ad vras ire, atq; in eas tabellas sententia contineentes conictere. Hoc docet Asconius inquiens: Mittere Iudices in consilii, est dimittere Iudices ad sententiā dicendā, vbi allegatis omnibus argumētis Orator dixerit, Duxi. Cælius: Mittit in consilium eosdem illos, qui lité æstimarant, iudices. Tum verò consurgentes Iudices in consilium ibant. Cicero pro Cluentio: Consurgitur in consilium. Item cum Cicero dixisset in Diuinatione: Nō singulos Iudices ferre sententiam, sed vniuersos constitutere, exposuit Asconius, singulos Iudices sententiam de tabula pronunciasse in leuioribus causis, & ob id neque nota neq; custode opus fuisset. Constitutere autem fuisset tabulas in cistas ponere. Hinc Cicero pro Cluentio scribit, Quæsitorem in iudicio Scamandri, cum in consilium iri oporteteret, quæsuisse Scamandrum clam, an palam de se sententiam ferri vellet.

Vras verò siue cistæ rot taliter, quot Iudicium ordines, qui iudicarunt. Tres quidem, cum omnes adhibiti sunt, una Senatorum, altera Equitum, tercia Tribunorum ærariorum. Tabellæ verò, quæ data erant Iudicibus, quarum vnam in vrnam mitterent, erant tres: una absolutionis, altera condemnationis, tercia ampliationis, ex qua tabulæ ceratae erant.

Ampliatio verò, in quibus causis adhibebatur (neque enim omnes eam leges admisserunt) erat, quoties Iudices significabant, rem sibi non liquere, & secunda actio-

**D**enm instituendum esse, & Prætor ex consilij sententia pronunciabat, amplius cognoscendum esse. Itaque ut nota absolutionis in tabula fuit A, Condemnationis C, sic Ampliationis, N. L. Id est. Non liquere. Asconius. Cicero multis locis, Liuus, Valerius. Hoc loco Prætor gratificari potuit reo, vt C. Licinius M. Popillio, de quo Luius libro 42. M. Popillius apud C. Licinius Prætore bis causam dixit, tertio Prætor precibus vietus. Iudibus Martiis adesse reum iussit, quo die noui magistratus intituli erant honorem, ne diceret ius, qui futurus priuatus esset. Moris autem fuit, ut dum Iudices sententiam ferrent, rei ad pedes eorum se proiicerent. Asconius in orationem pro Scauro, & Valerius Max. Coniecta inde in vras tabellæ, promiscue dirimi solebant, ut numerus absoluientium & condemnantium, & ampliantium Iudicium conciperetur. Cicero in Pisonem, & ad fratrem. Postquam autem direxeris tabellis Prætor Iudicium cognovit Iudicium, tum id pronunciauit. Moris autem fuit, ut si condemnatum pronunciatur esset, prætextam poneret, ut inquit Plurarchus in Cicerone. Formula verò pronuncianda condemnationis fuit: Videtur fecisse, aut, Non iure videtur fecisse. Absolutionis: Non videtur fecisse, aut: Iure videtur fecisse. Ampliationis: Amplius cognoscendum. Festus. Cicero multis locis & Liuus. Addo illud, in formula condemnationis non solum crimen commissum, sed etiam poenam sumendam comprehensam esse, exempli gratia: Videtur vim fecisse, atque eo nomine aqua & igni illi interdicto. Videtur prouinciam spoliasse, atque eo nomine item ei æstimandam esse. Pomponius Iurisconsultus ff. de interdictis. Fieri tamen etiam potuit, ut de poena reticuerit, & ad legem rem reiecerit. Marcianus ff. ad S.C. Turpilianum.

Diuersa verò fuit ampliatio à Comperdinatione, quod Competendinatio facta est, etiam si Iudices primo cœtu non iudicassent, Ampliatio verò ex incerta Iudicium sententia nata est. Ampliatio ex arbitratu Prætoris quocunque die, Compe-

rendinatio ex praescripto legis tertio die. Ex causa comperendinationis bis tantum A causa dicta est, ex causa ampliationis saepissime dici potuit. In Comperendinatione potuit esse ampliatio, in ampliatione nequaquam Comperendinatio. In Comperendinatione defensor primum dixit, deinde accusator: In ampliatione primum accusator, deinde defensor. si autem per ampliationem iterum acta est, non minus secunda actio dicta est, quam si per Comperendinationem, ut scribit Asconius. His actis Prior reum aut absolutum, aut coadmnatum referebat in tabulas, Cælius ad Ciceronem. Ius autem, ratumque id erat, quia ab his iudicis prouocatio non erat. Declaratus lex Antonij, qui teste in Philippicis Cicerone ad extremum tulit, vt damnatis de maiestate, & de vi esset prouocatio ad populum.

Condemnatum inde reum duæ res sequebantur, aestimatio litis, & animaduersio. B Aestimatio litis præcipue erat in causa reperundarum, & peculatorum. Erat autem iudicium, quo lis ei aestimabatur, id est, furorum omnium ratio inibatur, atque inde pecunia reddebat, cui erupta dicebatur. Asconius & Cicero pro Cluentio.

Animaduersio vero fuit multæ, pœnae legitima persecutio, qua Protoriæ curæ mandata est. In multa sic acta res est: Pecunia per magistratum exigebatur, quod si ille solvendo non esset, bona auctioni subiiciebatur: ea qui emississe, secessores vocati sunt. Liuuis libro 2. & 38. Asconius in Verrinas, & Cicero in Verrem. Verberatio, Coercitio, & talio per lectores magistratus eius sunt facta, cuius fuit illa iudicatio. Plautus Amphitruone, & in Asinaria. Scribit etiam Asconius, fures & seruos nequam apud Triumviros Capitales ad columnam Mæniam puniri solitos. Infamia cura mandata fuit Censoribus, ne eos patarentur in Republica munera illa, quibus per infamiam notam priuati erant, obire. Exilijs obeundi exemplum sit Marcus Coriolanus, de quo Dionysius libro 7.

### De Judicio Calumniae, & prævaricationis.

#### CAPUT XXV.

**R**EPOB Eo vero absoluto duo relinquebantur iudicia, contra accusatorem ambo instituta: unum calumniæ, alterum prævaricationis. Calumniæ si falsum crimen intulisse constaret: prævaricationis, si cum defensore colluisset, & vera crimina occultasset. De Calumniatore Marcianus titulo ad S. C. Turpilianum: Calumniari est falsa crimina intendere. Calumniatoribus pœna lege Remnia irrogatur, sed non ritique, qui non probat. quod iacentit, protinus calumniari videtur: nam eius rei inquisitio arbitrio cognoscentis permititur, quia reo absolo de accusatoris incipit consilio querere, qua mente ductus ad accusationem processit, & siquidem iustum eius errorem repererit, absolvit eum: si vero in evidenti calumnia eum deprehenderit, legitimam pœnam ei irrogat, quorum alterum ipsis verbis prævaricationis manifestatur, nam siquidem ita prævaricauerit, Non probasti, pepercit ei: si autem pronunciauerit, Calumniantur es, condemnavit eum: & quanvis de pœna nihil subiecerit, tamen legis potestas aduersus eum exercetur. De hoc iudicio etiam loquitur Asconius in Scaurianam, Cicero pro Cluentio, & Cælius. Pœnam calumniæ frontis iniustionem, & notam fuisse, significat Plinius in Panegyrico: quod intellexisse quoque videtur Cicero, cum in Rosciana calumniatores dixit literam calumniæ ita odisse, ut omnes literas oderint, eamque literam iudices ad caput affixuros. Hæc de Calumniâ.

Quid vero Pravaricatio fuerit, docet Marcianus eodem loco: Prævaricari, inquit, est, vera crimina abscondere. Prævaricator est, qui colludit cum reo, & translatio munere accusandi defungitur, & qui proprias rationes dissimularet, falsas vero rei excusationes admitteret. Item Vlpianus de verborum significatione: Prævaricatores eos appellamus, qui causam aduersarii suis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt. Cæterum ut de calumnia, sic de prævaricatione iudicium constitutum fuisse, ostendit Cicero in Partitionibus, in exemplo prævaricatoris præcepta locorum Oratoriorum exercens, item ad fratrem, & in oratione de Aruspicum respōsū, Plin. lib. 3. epistolarum. Ut autem calumniæ frontis iniustio, sic prævaricationis, infamia nota.

A notatio pœnæ fuit, quemadmodum ex Asconio constat. Atque hæc quidem in uniusversum de iudiciis publicis disputata sunt.

## Quæ fuerint iudicia populi, & de criminibus ac pœnis eorundem. CAPVT XXVI.

**E**XPLICATIS iudiciis quæ iussu populi à magistratibus exercita, & à iudicibus disceptata sunt, sequitur, vt de iis agamus, in quibus populus ipse disceptator, & Iudex fuit. Hæc autem non aliter, ac superiora, & priuata, & publica fuerunt. Priuata fuerunt, quæ de cōtroversiis aut ad res, aut ad personas, aut ad obligationes pertinentibus constituta sunt: publica, quæ de criminibus. Priuatorum vnicum est exemplum apud Liuum lib. 3. de Aricinis & Ardeatis contouerentibus de agro quodam apud populum Romanum. Publicorum plurima extant. De quibus, quæ subtilior est disputatio, hæc accepimus.

Populus Romanus iudicandi potestatem iam inde à Romulo rege acceptam, usq; ad Augustum Imperatorem retinuit: verū non iisdem semper Comitiis. Nam Curiatis quidem tantum sub Regibus: Centuriatis autem, & Tributis, Republica dominata regio liberata. Iudicavit autem de criminibus, & pœnis criminum omnibus, quæ ad se a magistratu essent delata. Neque enim, quod in iudiciis Praetoriis evenit, de iis tantum criminibus cognovit populus, quæ aliqua lege continerentur: sed de omnibus, quæ magistratus ad se detulisset, & de omnibus pœnis, quas ille interrogasset, sed tamen ea forma actionis, quæ legibus & moribus contineretur. Neque enim vt illa duo arbitrio, & iure Magistratum, sic etiam agendi ratio fuit promissa. Quamobrem iudicia populi publica tractatur, primum de criminibus, deinde de pœnis, tum de forma actionis, postremo de animaduersione dicemus. Siquidem hæc tria magistratui ad populum data sunt, Cognitio, interrogatio, animaduersio. Vnde queritur Cicero, dari Decemviris agrariis à Rullo cognitionem sine consilio, pœnam sine prouocatione, animaduersione sine auxilio.

Crimina ergo, vt rem ordiamur, maleficia fuerunt. Quæ vero maleficia ad populi iudicium à magistratibus adducta sunt, ea potissimum duo fuerunt, maiestas & peculatus: quorum in illo dignitas, in hoc fortunæ Reipublicæ actæ sunt. Ad maiestatem autem pertinere existimatum est, si quis tyrannidis, aut regni occupati con-silia habuisset, si aduersus Rempublicam coniurasset, si hostes ad bellum Reipublice faciendum concitasset, aut iuisset, si magistratum populi Romani in ordinem coegisset, si sacra imminuisset, ciues Romanos aut carcere, aut morte, iudicata causa af-De criminibus. fecisset, malè sua culpa pugnasset, plebis commodis aduersatus esset, populo Roma-no maledixisset. Exempla hinc inde in scriptoribus plurima reperiuntur, vt iudicium Coriolani, Sp. Caſſii, T. Menenij, Sp. Seruilij, Ap. Claudij, Cæſonis Quintilij, M. Posthumij, M. Sergij, P. Virginij, M. Manlij, P. Manlij Imperiosi, Thusculanorum, Claudiæ, Co. Fulwij, C. Claudijs, & Ti. Sempronij Ceſorum, Ser. Galbae, P. Popillij E Lænatij, L. Opimij, M. Scauri, M. Junij Silani, Metelli Numidici, P. Furij, M. Ciceronis, &c. Quæ omnia iudicia de maiestate fuerunt, quanquam maiestatis imminutæ nomen nullum reis obiectum sit, præter quām Claudiæ, auctore Suetone in Tiberio,

Peculatus autem exempla sunt iudicium M. Camilli, M. Curiij, M. Liuj Salinatoris, P. Africani, M. Posthumij, & Catuli. Quin etiam cedis, falsi repetundarum, adulterij, tentaræ pudicitiaræ, & vis illatæ crimina in iudicium populi esse vocata reperiuntur, vt P. Horatij, P. Sestij, Appij Claudij Decemviri, C. Lucretij, C. Scantinij, Cn. Ser-gij Sili, & T. Milonis iudicia testantur. Ex quibus apparet omnia crimina, quæ aut directo, aut non directo, Rempublicam ipsam attigerunt, ad populi iudicium pro F magistratus arbitrio esse adducta, aut ab ipso cognita, & damnata, post per prouocationem ad populum est translata.

Pœnarum autem genera in his iudiciis fuerunt damnnum, exilium, seruitus, & mors. Hæc vero in duo nomina diuiserunt, multam, & caput. Quos enim damno afficerunt, id est, pecunia condemnant, in iis multæ nomen usurparunt, vnde illa, pecunia

De pœnæ.

pecunia iudicare, pecunia anquirere, multā dicere, & multam irrogare, nata sunt. A Quem exilio, seruitute, morte affecerunt, in eo nomen capitū factū rūnt. Ex quo illa profecta, diem rei capitalis dicere, capitū iudicare, aut inquirere, rei capitalis accusare: pro quibus enim perduellionem iudicare, & perduellionis actionem intende, posuerunt Liuīus, Cicero, & alij. Nomen verò perduellionis & crimen & penam sigeſcūt. Si crimen, quod erat grauiſſimum inter crimina, nempe imminutæ manifestat: si penam, quæ erat acerbissima, nempe mortis, ut in P. Horatio, & C. Rabirio, quibus crux: in Sp. Cassio, & M. Manlio, quibus saxum fuit propositum. Liuīus tamen etiam, cùm de iudicio M. Posthumij, Cn. Fuluij, Gracchi, & Claudij agit, quibus aqua & igni interdicebatur, nomen perduellionis usurpauit. Cæterū de multa & exilio suprà dictum est.

B  
Penā seruitutis lege Seruij Tullij Regis, teste Liuio & Dionysio, proposita fuit iis, qui nomen suum in censum non detulissent: itēmque qui citati nomen in militiam non deditissent.

Mortem autem attulerunt, aut securi percutiendo, aut arbori infelici suspendingo: id est, in crucem agendo, quorum vtrumq; verberatio præcessit, aut de Saxo Tarpeio, aut de Robore præcipitando, aut in culleo insutum in profluentem proiicendo, aut denique laqueo gulam frangendo, de quibus suppliciis paulo pōst dicetur. Atque de his quidem criminibus Magistratus ad populum priuatos homines accusarunt, atque hās penas pro arbitrio irrogarunt, aut certè multa, penāve prius pro iure Magistratus indicta, cùm parem, maiorēmve potestatem appellassent, & ad populum prouocasset, eos, reos ad populum peregerunt: populus autem multam penāmve aut iussit, aut remisit: sub Regibus quidem comitiis Curiatis, post exactos Reges Centuriatis, & Tributis.

### De Indiciis Curiatis. CAP. XXVII.

**C**ETERVM de ratione Iudiciorum Curiatorum vix habemus quid dicamus, quod vnicū tantum extet. P. Horatij iudicium Curiatis Comitiis factū, id quod primū, ut inquit pro Milone Cic. Roma capitū iudicū fuit. P. autem Horatius tū de parricidio interrogatus est lege Numæ, quæ fuit: Si quis hominē liberū dolo sciēs morti duit, parricida esto. Parricidam scilicet vocavit, auctore Festo, non qui parentem occidisse diceretur, sed qualēcumque hominem, atque hac lege D interrogatum eum tradidit Festus, & Dionysius, & Cic. cùm dixit pro Milone: Romana ciuitas primum iudicium de capite vidit P. Horatij, qui nondum libera ciuitate, tamen populi Romani Comitiis liberatus, cū sua manu sororem interfecitam esse fateretur. Actio tamen instituta est ex lege, quā tum Rex Tullius tulit, quā lege creati Duumiri sunt, ut perduellionem, id est, rem capitalem, & mortis penā iudicarent: & si reus ad populu prouocasset, ad eum de prouocatione certaretur. Verba legis, teste Liuio, hæc fuerunt: Duumiri perduellionem indicent, si à Duūiris prouocarit, prouocatione certato: si vincet, caput obnubito, infelici arbori suspendo, verberato vel intra pomerium, vel extra pomerium. Res autem acta sic est: Rex consilio populi aduocato, Duumiro, qui P. Horatius perduellionem iudicent, inquit, facio secundū legem. Duumiris creatis, tum alter ex his inquit: P. Horatius perduellionem tibi iudico. Lictor colliga manus. Accessit lictor, iniecītque laqueū: tum Horatius, auctore rege, prouoco, inquit. Ita de prouocatione certatum ad populum est, populus absoluīt. Ex quibus apparet, crimen in hoc iudicio fuisse parricidium, id est, cœdem sororis, penam perduellionem, id est, morte in cruce: Duumiros creatos primum iudicasse, deinde de eorum iudicio certatum, ac populum eorum iudicium infirmasse. Atque hoc quidem modo Curiatis iudicatum Comitiis est.

### Quorum iudiciis Tributis, & Centuriatis actio fuerit, & quo ordine iis actum sit. CAP. XXIX.

**X**ACTIS autē Regibus, id est populus, cūm iā ius centuriatū conueniendi, ac sciēndi, lege Ser. Tullij Regis haberet, iudiciorum potestatē adeptus est multis legibus. Nam & anno primo à P. Valerio Cols. teste Dionysio, latum est, populus Consulū decretū irritum facere posset, si quis à Consulibus

A sibus condemnatus ad populum prouocasset, & sextodecimo post anno S.C. in NP.

Valerij sententiam est factum, vt populus iudiciorum potestate haberet, & maximè si quis Rempublicam lassisse, aut seditione conflenda, aut tyrranide paranda, aut ciuitate hostibus prodēda, aut aliquo eiusmodi facinore patrando argueretur. Atque hæc iudicia Comitiis Centuriatis facta esse intelligendum est, cùm nondum essent Tributa. Nam iudicium Coriolani, quod Tributis Comitiis per ea tempora factum est, extraordinarium fuit, quippe cùm nulla lege, aut more tum primum plebs Tributis Comitiis iudicarit. Sacris autem legibus, quæ anno ab exactis Regibus XVI. latæ sunt, & XI. Tabularum, quæ post annum LVI. promulgatae sunt, scitum est, ne de capite ciuius Romani, nisi Centuriatis Comitiis agi posset, quod Cicero in Oratione pro Sextio, & in 2. de Legibus scriptum reliquit. Vnde in tertio addidit, verè L. Cottam dixisse, nihil omnino actum esse de se à Clodio, quia Tributis Comitiis de capite suo egisset, quæ rata esse non possent. Quocirca post ea tempora de mulcta ciuiis Romani temper actum est Tributis, de capite Centuriatis. Quam legem fortasse obsolescentem retulit C. Gracchus, anno 150XXX. si quidem scribit Cic. pro Rabirio: C. Gracchus legem tulit, ne de capite ciuium Rom. iniussu vestro iudicaretur. Nam iniussu vestro cum dixit, populi, non plebis intellexit. etenim Cicero tum agebat ad populum Centuriatim concocatum in iudicio perduellionis. Tributis autem Comitiis soli minores Magistratus egerunt, vt Tribuni pleb. Ædiles Curules, & Ædiles plebis. De Tribunis omnes loquuntur. De Ædilibus Curulibus docet Vale-

C rius cap. de Pudicitia, cùm inquit. M. Marcellum, Ædilem Curulem C. Scantinio Tribuno pleb. diem ad populum dixisse, quod filium suum de stupro appellasset, & P. Clodium Ædilem Curulem Miloni de vi ad populum diem dixisse, Cicero testis est. De Ædilibus plebis, Liuius li. 2. qui Verurio, postquam Consulatu abiit, ab C. Alieno Ædili plebis diem dictam, cùmque x. millib. æris damnatum scribit. & Agellius, qui Claudia à C. Fundanio, & T. Sempronio Ædilib. plebis mulctam æris gravis xxv. millionum dictam, ex Capitone referit.

Comitiis autem Centuriatis egerunt Consules, Prætores, & Quæstores. De Consulibus & Prætoribus nota res est. De Quæstoribus auctor est Liuius lib. 2. quos diem dixisse Sp. Cassio ob effectam tyrannidem scribit. Quin etiam idem libro 6. auctor D est, Tribunos plebis accusasse T. Manlium populo Centuriatim in campo citato: verum intelligendum est, petita à Consulibus potestate: quemadmodum idem libro 26. aperte explicuit.

Atque ordine quidem priuati tantum in iudicium adducti sunt Itaque T. Menenius, Sp. Seruilius, Ap. Claudius, C. Sempronius, postquam Consulatu, aut Decemviro abiissent, iudicio à Tribunis plebis oppugnati sunt. Extra ordinem autem etiam Magistratus tentati, vt Scantinius Trib. pleb. à Marcello Ædili Curuli apud Valentum: & L. Flacco, Ædili Curuli Decianus Trib. pleb. diem dixit apud Ciceronem pro Flacco: & Claudio, Gracchóque Censoribus Tribuni pleb. apud Liuium, libro 45. Ex quo declaratur, hoc arbitrio Magistratus permisum, vt priuatum & magistratum apud populum accusarent.

E ceterum ordo agendi, siue Tributis, siue Centuriatis Comitiis legibus aut moribus constitutus hic fuit. Magistratus qui reum facere, aut accusare voluit, in Rostra ascendit, & populo per præconem aduocato diem ei, quem reum facere cogitaverat, ad accusationem audiendam prædicta dies venit, item è Rostris reum per præconem citauit, atque accusationem instituit, eamque ter intermissa die peregit. Vbi verò ter accusauit, tum rogationem per trinas undinas promulgaram habuit, in qua crimen & poenam criminis comprehendit, ac tertius nundinis quartam accusationem intulit, ac reo causæ dicendæ potestatem fecit, atque inde diem prædictum, qua die ad populum de poena certendam erat. Quod si qua

F res illum diem aut auspiciis, aut excusatione sustulisset, iudicium sublatum erat. Qui citati ad diem non affuerint, neque excusat essent, iis exiliu iubebatur. Inde rogatio ad populum ferebar, déque ea populo suffagium permittebatur. Dionysius lib. 7. de Iudicio Coriolani, & Cicero in Oratione pro Domo. Hæc verò singula quæuis in li. de Comitiis tractata aliquo modo sint, pluribus tamē videtur esse explicada.

*De die accusationi dicenda, de citatione rei, triplici accusatio-*  
*ne, anquisitione. Et mulctæ, pœnae irrogatione.*

## C A P. XXIX.

**V**ICINQVE igitur Magistratus alterum reum ad populum facere cogitauit, in Rostra, ut dixi, ascendit: ac concione aduocata, palam testatus est, se certa, quam nominabat, die, de certo, quod nominabat, crimen, certum, quem nominabat, hominem accusaturum esse, ac proinde ei, ut ad audiendum sui accusationem adesset, denunciauit. Hæc autem actio, dici dictio, & qui ita agebat, diem dicere, dicebatur. Liuius mulctis locis. Videatur autem dici dicendi formula hæc fuisse: Ap. Claudi, huc ad me Nonis Septembbris adesto, ut te accusari audias, quod vindicias contra libertatem dederis.

**D**e citatione rei. Dicta in hunc modum die in rebus capitalibus vades, in mulcta prædes ab reis poscebant. Hi erant locupletes sponsores rei in iudicio ad diem dictam sistendi, aut mulctam, qua damnatus esset, soluendi. Qui si dati non essent, reos in carcerem coniicebant, atque ibi eos usque ad diem iudicij affruabant. De vadibus Liuius libro 2. de Iudicio Ap. Claudij. de prædibus Agellius libro 7. ex veteri historia scribit.

**D**e triplex accusacione. Postquam autem dies dicta venit, accusator in Rostra ascendens, reum per Præconem ex Rostris citauit. Liuius de Iudicio Scipionis. Potuit autem aut maior, aut par Magistratus intercedere, ne citaretur: & si absens fuit, potuit excusari. Quod si citatus, neque excusatus, non adfuerisset pro arbitrio Magistratus, potuit ei pœna irrogari. Varro apud Agellium, & Asconius.

**D**e anquitione. Vbi verò primum adesse iussus, deinde secunda actione citatus affuit, tum verò accusari & cœptus. Cicero pro Domo, vbi agit de iudicio suo. Accusatio verò triplices fuit: si quidem intermissis diebus, ter est habita. Ea verò eodem artificio concocta est, quo superiores, de quibus disserimus. Quippe accusator crimen certum attulit, idque testibus, & argumentis probavit. Vnde dixit Cicerò pro Domo sua: Vbi crimen est, vbi accusator, vbi testes? De testibus verò idem in Verre, & Liuius lib. 37.

Cum autem ter accusaret, in singulis accusationibus perorandis mulctam, pœnam pro arbitratu dicebat, eaque Anquisitio dicebatur. Erat autem eius hæc formula: Quando igitur hæc, & illa, quæ dixi, fecisti, ob eas res ego mulctam tibi hanc dico, vel pecuniam hanc, siue perduellionem tibi iudicio. Liuius libro primo, Varro, Cicero pro Scauro, & Dionysius libro 7. Sæpe autem evenit, ut cum in prioribus accusationibus pecunia iudicasset, in tertia capituli anquiritur: aut, cum in primis capitulis anquisiissent, in tertia pecunia iudicarent. Liuius de Iudicio Cn. Fulvij, & de T. Menenio. Dum autem accusator agebat, reus sub Rostris abiectus, adolescentum coniiciis exppositus stabat, teste Liuio, ex quo illud etiam constat, Magistratus non minus accusationi, quam citationi rei intercedere potuisse.

**D**e multa pœnae irrogatione. Postquam autem accusator tertium accusationem perfecerat, tum rogationem scriptam promulgabat, in qua crimen & pœnam mulctamque comprehendebat. Erat autem lege veritum, ut inquit Cic. pro Domo, ne pœna capitum cum pecunia coniungeretur, duabus, ut puto, de causis: vna quod de capite Centuriatis Comitiis agebatur, de mulcta Tributis: altera, ne populo necessitas imponeretur, ut aut viragi, iubebret, aut utramque repudiaret. Rogatio vero per trinas nundinas promulgata manebat, ut populo nota fieret, antequam de ea iudicaret. Hæc actio accusatoris, mulctæ, pœnae irrogatio, iudicatio populi, mulctæ pœnae cerratio dicta est. Cic. multis in locis, Suet. in Tiberio, & Asconius. Rogatio autem dicebatur, quod de ea rogaundus erat populus: irrogatio, quod aduersus reum conscripta esset. Cicero pro Domo. Idem autem etiam erat dicere mulctam. Liuius de M. Posthumio, & Cicero in Antonium. Erat autem formula irrogationis eadem, atque anquisitionis: nam utraque & crimen & pœna comprehendebatur. Sed in anquisitione res verbo peragebatur in arrogatione scripto.

De

A De quarta Accusatione, & Defensione, de die Iudicio indicanda, Auxiliis reorum, & Reo euocando.

## C A P. XXX.

**V**VM igitur irrogatio per tres nundinas promulgata mansisset, tum tertiiis nundinis accusator in Rostra conscedit, ac rufus citato reo quartam accusationem instituit, quam Cic pro domo, quartam accusationem trinum nundinum appellavit, cæque perfecta potestatem reo ad causam dicendam fecit. Vnde Dionyius scriptit: Dies à Tribuno pleb. Marcio reo ad causam dicendam

B tertiae nundinae præfinitæ: vbi verò reus causam dicturus, atque accusationi responsurus erat tum aut ipse, aut patronus eius permisso accusantis Magistratus in rostra ascenderet, atque inde agebat. Cic. ad Attic. Reus autem, aut rei patronus non solum criminis diluere oratorio artificio contendit, sed etiam causam suam populo virtutibus suis commemorandis commendavit. Quæ eliciuntur ex iudicio M. Manlij, & P. Scipionis apud Liuium Eodem modo Cicero in 2. de Oratore, C. Carbonem Consulem causam L. Opimij defendisse scribit, ac iure C. Gracchum casum contendisse. Extat præterea oratio, qua idem C. Rabirius perduellionis reum defendit, ex qua, quæ ratio defensionum ad populum fuerit, elucescit. Vide etiam Alconium in Scaurianam. Quarta inde accusatione absoluta, Magistratus accusator diem Comitiis edixit, quibus rogationem quam per trinas nundinas promulgatam haberet, ferret. Ea verò res acta est in huic modum: Si Tribuni plebis multam irrogarunt, diem Comitis Triburis dicebant, quod ipsi pro potestate poterat: si perduellionem, diem Centuriatis Comitis à Prætore urbano poscebant. Cicero pro Domo, Liuius lib. 43. & Antias lib. 45. teste Agellio lib. 6. Sin autem Consul, atque Prætor multam irrogarunt, Tributa Comitia: si perduellionem, Centuriata indixerunt: quanquam harum actionum rara exempla sunt. Interea verò, dum hæc ad rei exitum parabatur, multa auxilia ipse sibi querere poterat: quorum unum à Magistratibus alterum à populo, tertiam à lege, quartum a ipso accusatore profectum est. A Magistratibus, auxilium latum est, si Tribuni plebis, aut Collegæ accusatori, aut alteri Magistra-

D tui intercessissent, ne reum citaret, ne in carcерem duceret, ne accusaret, ne pœnam irrogaret, ne Comitia ei iudicio haberet, aut si ei diem accusationis & iudicij produxissent. Hæc enim omnia facere pro arbitratu potuerunt. Liuius de Scipione, & de Fulvio, Cicero pro Domō, & Agelius lib. 7. de Scipione.

Populare autem auxilium significauit Cicero, cum dixit, multas res ad placandum, atque ad misericordiam esse concessas exorabilem populum, facilem pro salute supplicationem fuisse. Significat autem humiles reorum preces, atque cognatorum, amicorumque pro illos supplications, & prensationes. Et enim cum ipsi die sibi dicta mutata ueste folidati, ac barba & capillo promisso prensarunt populum, tum nobiles eriam, qui idem pro se facerent habuerunt. Liuius & Agel. lib. 3. Cæterum, vt E inquit Festus, cum reus populum Comitiis orauerat per Deos, vt eo periculo liberaretur, iubebat Magistratus eum resarcire, id est, populum religione absoluere, vt ita demum populus religione teneretur, si is, qui per Deos orauerat, insons, innocensque esset.

Tertium verò auxilium, quod à lege præbitum est, fuit duplex, auspicia & excusatio. Vnde Cic. dixit: Si qua res diem iudicij aut auspiciis, aut excusatione sustulisset, totam causam, iudiciumque sublatum esse. Sed de auspiciis satis multa in libro de Comitiis, quæ quidem ad hunc locum pertinent, dicta sunt. Excusationis autem ratio fuit huiusmodi: Citato reo licuit non adesse, si excusatetur. Excusatio verò aut morbi fuit, aut exiliij voluntarij, aut funeris curandi: exempla excusationis morbi & exiliij voluntarij sunt apud Liuium P. Scipionis, & Cæsonis Quintij; funeris apud Ciceronem pro Rabirio perduellionis reo.

Quartum præsidium ab accusatore petitum est: id autem fuit, quoties accusator accepta excusatione, aliâ de causa aut diem produxit, aut omnino incepto destitit, ut apud Liuiū videre est in iudicio Appij, Scipionis, P. Manlij, & Acilij; ut apud Cic.

Ee euo-  
cando res.  
Lib. 5. de  
Lingua  
Latina.

in Epist. ad Frat. de Milonis iudicio intentato à Clodio Cæterum formula dimitten-  
di rei fuit: Non moror, teste Liui libro quarto. Quod si reus per Praconem ex Ro-  
stris citatus ab accusatore, non affuisset, in arcem, & ante fores per cornicinem euo-  
cabatur. Scriptum hoc est, licet obscurè, apud Varronem, cuius verba sunt hæc: Indi-  
cat, inquit, commentarium vetus anquisitionis M. Sergij Manij filij Questoris, qui  
capitis anquisitus Trogum: in quo sic est: Auspicio orando sede in templo auspicij,  
dum aut ad Prætorem, aut ad Consulem mittas auspicium petitum cum eat Præco,  
reum vocet ad te, & eum de moeris vocet: præconi id imperare oportet. Cornicinem  
ad priuati ianuam, & in arcem mittas, ubi canat classicum Tito Trogum, & Comitia  
edicat è Rostris, argentarij tabernas occludant, Partes censeant, exquiras, & ades-  
se iubeas. Et paulò post: Qui de Censoribus Classicum ad Comitia Centuriata re-  
demtum habent, vti curent eo die, quo die Comitia erunt, in arce Classicus canat,  
tum circumque moeros, & ante priuati huiusc T. Quintij Trogij scelerati hominis  
ostium canat, & vt in campo prima luce adsit. Item Plutarchus in Gracchis: Moris est  
Romanis, si quis capitis anquisitus non adsit, cornicem summo manè ad fores eius  
venientem, classico euocare, neque prius de eo Iudices sententias ferre. Idem etiam  
Tacitus lib. 2. confirmat. Inde si ne ita quidem affuisset reus, exilium ei sciscebatur;  
aut si exilio causa solum verissima, ei iustum id esse exilium iubebatur. Liuius de Post-  
humio & Fulvio. Quo loco notandum est, quicunque citati non affuisserint, iis exilium  
esse iussum Tributis Comitiis, non Centuriatis: quamvis Centuriatis tantum de ca-  
pite ageretur, ut diximus: si praesentes fuissent, Centuriatis opus fuisse.

### De rogatione ferienda, Iudicio faciendo, & Animad- uersione: item de Tormentis in eculeo.

#### C A P. XXXI.

**V**I verò summus iudicis dies est constitutus, tum Magistratus qui accu-  
sauerat, & propter ea Comitia indixerat, reum per præconem rursus cira-  
uit, ac populum aduocavit. Réque agi coepit populum in tribus, aut in  
Centuriis discedere iussit, omnibus rebus obseruatis, quæ in Comitiis so-  
lennes erant, quæ reperire non est hoc loco necesse. Inde Rogationem per Scribam  
recitari populo iussit, de qua suffragia populum ferre oportuit, ac demum populum,  
num acciperet, rogauit. Formula rogandi erat: Rogo vos, velitis, iubatisne, vt M.  
Tullio, aqua & igni interdicatur, quod falsum S.C. retulerit, quod ciues Rom. indi-  
cta causa necandos curarit. Sic enim & pœna, & crimen, quæ erat pœnæ causa, roga-  
batur. Cic. pro Domo. Recitata rogatione, & rogato populo, populus in suffragia  
mittebatur ab eodem illo, qui rogator Comitorum erat, eo modo, qui in legibus  
ferendis, & Magistratibus creandis obseruabatur: scilicet, vt per pontes in septa tran-  
sirent, & ad pontes tabellas sententiæ suæ indices custodibus Comitorum darent.  
Asconius in Cornel. Est autem repetendum, primis temporibus suffragia in iudicis E  
ferri voce solita. Anno verò **DCXXI**. L. Cassius Trib. pleb. legem tulit, vt in omni-  
bus iudicis, præterquam perduellionis populus tabella suffragium ferret. neque ita  
multò post, Cælius idem etiā in perduellione seruari voluit, vt alibi dictum est. Cùm  
autem populus legem accipiebat, rogatus nihil aliud respondebat, nisi Vplo, Iubeo,  
Vti rogas: aut tabellam dabat, in qua scriptum erat, Vti rogas, V.R. quo facto con-  
demnasse dicebatur, aut se rogationem antiquate significabat, quo pacto pœnam re-  
mittere & absoluere demonstrabat. Cic. pro Domo, Liuius lib. 43. & Ascon. pro Scau-  
ro. Illud etiam post Reges exactos in perduellione, id est, in mortis pœna retentum  
est, vt Duumiri crearentur, qui perduellionem iudicarent, resque inde per provocati-  
onem ad populum transferretur. Meminit huius consuetudinis Liuius in iudicio F  
Manlij lib. 6. & Dio in Consulatu Ciceronis. Hanc autem iudicij formam vetustate  
obsoletam, se Consule à Labieno Trib. pleb. relatam contendit Cic. in Orat. ipa pro  
Rabirio. Atque hæc quidem siue de mulcta, siue de capite, siue de perduellione, tri-  
butis aut Centuriatis Comitiis ageretur, hoc modo acta sunt.

Judicio

**A** Iudicio factō suscepta est animaduersio. Hæc in cæteris pœnarum generibus co. De ani-  
dem modo in populi iudicio facta est, atq; in Prætorio de quibus suprà dictū est. **maduer-**  
Nunc, quod reliquum est, de seruitute & nece dicamus. Seruitus per venditionem sive.  
inducta est, Venditio verò, quæ & auctio dicta est, sub hasta est facta, Magistratu ei,  
qui pluris licitatus esset hominē addicente. Varro apud Nonium, & Valerius Ma- **De Mar-**  
ximus. Necis autē genera hoc modo suscepta sunt: Percusso securi facta est per li- **Curione**  
ctorem, prægressa verberatione, quæ virgis adhibebatur Liuius li. 2. & 26. Strangu-  
latio vero, quæ laqueo fiebat, & præcipitatio, quæ de Robore, ambæ suscipiebantur **Tenebrio-**  
in carcere. Carteris verò duas præcipue fuere partes, Tullianum & Robur. **Tullia-**  
num à Ser. Tullio Rege est additum, de quo Sallustius. Robur autem, testante Festo,  
**B** dictus est in carcere is locus, quo præcipitatur maleficorum genus, quod ante arcis  
robustis includebatur. Carteris verò cura Triumuiris erat commissa, vt eorum in-  
teruentu supplicium sumeretur. Pompon. ff. de orig. iur. Cic. in Legibus & in Catili-  
nam, Strangulatio igitur facta est in Tulliano, testibus Sallustio & Cic. in Vati-  
nium. Præcipitatio, de Robore, Valerius, Liuius, & Plautus. Vtrumq; autem per car-  
nificem iusu Triumuiri capitalis, Valerius & reliqui. Deiectio item è rupe, sive è sa-  
xo Tarpeio per Carnificem facta est, prægressa verberatione iusu Magistratus, eōq;  
supplicio liberi homines affecti, vt scribit li. 3. Bell. ciuil. Appianus. Agellius tamen  
etiam seruos, manifesti furti prehensos, verberibus affectos, & de saxo præcipitatos  
fuisse, iusu Decemvirorum, scribit li. 10. cap. 18. Ut autem liberi de saxo deiicieban-  
**C** tur, sic serui in crucem agebantur, quod supplicium etiam interuentu Triumuiri per  
Carnificem sumptum est, Valer. lib. 8. De verberatione Cic. in 1. de Diuinat, Seruus  
per circum, cùm virgis cæderetur, furcam ferens ductus est. Fiebat autem verberatio  
per lictorem. Vnde erant illa solennia: Illictor, colliga manus, verberato, caput  
obnubito, arbori infelici suspedito. Erantque crux, patibulum, & arbori infelici su-  
spensi ferè idem. Isidorus tamen lib. 5. scribit: Patibulum vulgo furca appellatur: sed  
patibuli minor poena, quam crucis: nam patibulum appensos statim exanimat, crux  
autem affixos diu excruciat. De Culleo & profunde supra dictum est. Aliquando  
etiam contumeliaz causa cadavera in Tiberim, aut in schalas Gemonias proiecta,  
cuius rei exempla non desunt. His de extremo supplicio explicatis, quoniam suprà  
**D** de Tormentis egimus, hic de torquendi instrumento, quod Eculeum dixerunt, pau-  
ca subiiciemus.

Eculeus, quantum ex veterum non leuissimi elici monumentis potest, catastæ  
fuit lignea, cochlearata, ad intendendum ac remittendum apta, atque ad torquendos  
homines, vt facti veritas eliceretur, instituta. Tormenti verò genus erat huiusmodi:  
Vbi catastæ huic brachia, pedesq; eius qui torquendus erat, neruis quibusdam, quæ  
fidicula dicebantur, alligauerant: tum catastæ intenta, atq; in altum erecta, vt ex eo,  
quasi ex cruce quadam miser ille penderet, primum compagem ipsam ossium illius  
diuellebant, deinde cendentibus eiusdem corpori laminis admotis, atq; bisulcis vn- **Sozon. li.**  
gulis ferreis lateribus laniatis, doloris acerbitatem augebant. Sozomenus eculeum, 5. hist.  
**E** lignum tortorum. Prudentius stipitem noxialem appellat, vbi multa de Eculeo **Eccles.**  
habet. Pomponius Poeta apud Nonium etiam meminit huius tormenti: item **Prudent.**  
Sueton. in Tiberio, Valerius de Patientia, Quintil. decl. vlt. Cyprianus ad Donatum, **in Hymno**  
& de laude Martyrij, Cic. in Verr. & in Anton. & Seneca lib. 3. de Ira. Qui igitur in **diu**  
eculeo torquebantur, pendebant brachijs pedibusque retortis extenti, neruis scili- **Vincentij,**  
cet, quibus deuincta membra erant, propter summam intentionem crepantibus. & alibi.  
Vtque incitata doloris causa eculeus aut fidicula rendebantur, sic eiusdem remit-  
tendi eadem laxabantur. Extorquendæ autem de seruis veritatis causa eculeum ad **Pro Deo-**  
hibitum fuisse, docet Cicero, & nos suprà scriptum, Translatus est inde eculeus taro, &  
ad cruciandos homines, & acerbiore supplicio afficiendos, quod in Christianis mar- **pro Mi-**  
**F**tyribus patuit. Atque hæc de Iudiciis. **dione.**

FINIS LIBRI NONI.

## DOCTISSIMIS ATQUE

HUMANISSIMIS VIRIS, D. M. IOAN.  
VWolfio Scholæ Ratisponensis Rectori, atque reliquis Scholæ eius-  
dem Ministris, & doctissimo atque ornatissimo viro D. M. Matthiæ  
Bergio, Scholæ Catharinianæ apud Brunouicenses, Rectori vigilan-  
tissimo, Dominis collegis, & amicis suis reuerenter colendis.



*VVM Hannibal Carthaginæ expulsus, Ephesum ad Antio-  
chum venisset exul, & quod eius nomen erat magna apud omnes  
gloria, inuitatus esset ab hospitibus suis, ut Phormionem Philoso-  
phum Peripateticum clariss. si vellet, audiret: isque se non nolle-  
dixisset, verba fecisse scribitur homo copiosus aliquot horas de Im-  
peratoris officio, & de omni re militari: quibus quum ceteri, qui illum audi e-  
rarent, vehementer essent delectati; quererentque ab Hannibale: quidnam ipse de  
illo Philosopho iudicaret: Respondisse Pausus fertur, multos se delitos senes saepe  
vidisse: sed qui magis, quam Phormio deliraret, vidisse neminem. Vereor meher-  
cule, ne futuri sint, qui etiam de meo hoc factu idem iudicent: quum tamen non,  
quemadmodum Phormio ille de re militari apud præstantissimos belli Duces,  
qualis Hannibal fuit, sed apud Scholasticos differam. Nec ita differam, ut consilium  
belli gerendi, & administrandi istis dare velim, sed ut veterem militie  
morem explicem, & vocabula rei militaris, que passim apud Scriptores, quos  
Classicos vocamus, & ex quibus adolescentes linguam Latinam addiscunt, ex-  
ponam. Quod meum consilium, qui attente considerabunt, ab illa reprehensione  
liberaturos esse certò scio.*

*Vobis autem viri doctissimi, atque humanissimi, Collegæ, & amici colendi, hac  
publicè inscribere volui, cum quia hac mea studia probasti, meque saepe in iisdem  
innisti, tum ut aliquam significationem ederem grati mei in vos animi, pro ipsi,  
que in me contulisti beneficis, & ea, qua me prosecuti estis benevolentia. Quod  
si que vicissim in vos beneficia à me proficiisci potuerunt, nunquam patiar meum  
studium desiderari.*

*Ad te doctissime Bergi venio, cuius nomen etiam in hoc Catalogo amicorum  
meorum extare volui, primùm ut declararem per gratiam mihi esse benevolentiam  
istam tuam, qua me nondum visum complectaris, quodque iam proprie & libe-  
raliter inter amicos tuos locutus me habere passus es. Deinde vero ut si nul ostend-  
erem, quantum tibi essemus obstricti beneficis illis tuis, que in fratrem meum  
Ioachimum, pia memoria, contulisti: quem non tantum in tua Schola diligenter  
in liberalibus disciplinis instituisti & fouisti, verum etiam sibi loco habuisti. Pro  
quibus omnibus agimus tibi gratias, quas possumus maximas, & cum respondere  
atque satisfacere tibi nostra tenuitate non possimus, Deum orabimus, ut ea qua  
ipsi præstasti, cumulate & abunde tibi iusque rependat. Interim hoc grati anni  
indictum quod affertur, boni consule, meque ut hæc tenus facis, amare perges.  
Ratisbona Kalend. Marij. Anno salutis humanae 1580.*

V. V. H. H. Addictiss.

IOAN. ROSINVS.

# ANTIQUITATVM ROMANARVM LIBER X.

## DE MILITIA.

**A** ER VENIMVS in instituta Republice Romanæ descriptio ne ad rem militarem , cuius cognitio quantum profit omnibus iis, qui in veterum scriptis versantur, non opus est, ut ipse multis verbis hoc loco explicem: cum id fecerint eruditione multa prædicti aliquot viri: ita, ut si iis quædam addere velim , actum agere videar. Quare qui pluribus de ea re instrui volent , eos remitto ad illa, quæ hæc tenus edita sunt, clarissimorū virorum scripta. Ego verò antequam descriptionem & explicationem militiae Romanæ ordiar, de duobus Lectorem benevolum monebo : Primum de Scriptoribus, qui aliquid de re militari in lucem dederunt , quorūq; testimonii usus sum : deinde de ordine, quo hanc materiam explicavi. Ac de Scriptoribus quidem rei militaris ut primū dicam, quotus quisq; est, qui non audierit sè penumerò citari Flauij Vegetij Renati libros: quos tamen pauci legunt , cum propter exemplarium raritatem , tum etiam propter errorum, qui in eos irrepserunt, & mendorum copiam , quæ vrinam aliquis aliquando adhibitis vetustis libris eruncaret: profectò non parū gratiæ apud omnes humaniorum literarum amantes esset initurus: de quo quidem non ita pridem spem fecit Ludouicus Carrio I. C. in suis Antiquarum lectionum Commentariis: cuius voti religione ut sese soluat, sibiq; studiosum gregem hoc labore demereatur, ipsum communī omnium antiquitatis amantium nomine vehementer etiam atque etiam rogo. Vegetio addi solent ea, quæ Modestus de re militari & Aelianus de aciebus instruendis scriperunt, qui & ipsi libri multis mendis scatent. De Catonis, Cincij, & aliorum vetustiorum monumentis de hac eadem materia , quæ temporum iniuria interierunt, nihil dicam. Edidit aliquot de re militari Commetarios non indiligenter scriptos vir clarissimus Robertus Valturius, qui tamen mihi visi non sunt. Ego quæ in hoc libro de militia Romana in medium attuli , omnia desumpsi ex rerum Romanarum Scriptoribus. Liuio, Dionysio, Plutarcho, Cæsare, & ex sexti libri Polybij fragmentis , in quo libro vir ille diligentissimus potissimam Republicæ Romanæ partem sibi sumpsit describendam , & explicandam : qui liber vrinam aliquando integer in lucem ederetur. Adhibui præter eos, quos dixi, historicos , nonnunquam in consilium veteres Grammaticos, Varronem, Festum, Pompeium, Nonium Matellum: Agellium item, Plinium , & ex recentioribus Petri Rami librum de Militia C. Iulij Cæsaris, Lazari Bayfij I. C. & Lilij Gyraldi de re Nautica libros , atque viri omnium optimè de antiquitate meriti, Car. Sigonij de Antiquo iure ciuium Rom. & iure Provinciarum Commen. ex quibus etiam , si quæ forte hic desiderabuntur, studiosi petent. Atque tantum de Scriptoribus.

De ordine iam dicam, quem in hoc libro obseruavi talem, ut primū generalia quædam de bello indicendo, fœderibus ferendis , atque delectu faciendo notari, tum exercitum Romanū ex legionibus & auxiliis constituerim, partes singulas, Duces, Magistratus, militū ordines, corūmque arma expliarim, aciem instruxerim: inde

ad op

ad oppugnationes locorum clausorum, & prælia naualia venerim: quibus explica-  
atis, de animaduersione in deuictos hostes, & militis offici sui parum memores: con-  
trâ verò de præmis & militum fortiter rem gerentium, & ipsorum etiam Impera-  
torum dixi, atque tandem exercitum dimisi. Hæc præfari volui, beneuole Lector,  
cum instituti mei tenendi causa, vt tu scires quid in hoc libro expectandum esset,  
quod meum studium vt boni consulas rogo. Incipiems igitur rem militarem Ro-  
manorum considerare, initio facto ab antiquo bellorum indicendorum ritu.

### Quomodo Romani bellum hostibus indixerint.

#### CAPVT. I.

**D**E Militia Romanorum dicturi, ante omnia exponemus, qua ratione bel-  
lum hostibus indixerint, & quomodo fœdus cum sociis percusserint: hæc  
enim legentibus non ingrata esse furta mihi planè persuadeo. Romani  
inquit Varro lib. 2. de Vita populi Romani, bella & tardè & nulla licen-  
tia suscipiebāt, & quod bellum nullum nisi pius putabant geri oportere, priusquam  
indicerent bellum iis, à quibus iniurias factas sciebant. Fetales legatos res repeti-  
tum mittebant quatuor, qui, si postulata imperatram, fœdus cum iis feriebant: si  
minus, re deliberata bellum indicabant. Quid qua ratione factum sit, pluribus ver-  
bis docent Dionysius Halicarnassus, Liuius, Plutarchus, & alij. Dionysij atque Li-  
uij verba adscribemus, & quidem Dionysij libro secundo, primū. Is ergo Fetialium  
institutionem, & munera exponens, ita verba facit: Fetialium inquit, quando apud C  
aliquam ciuitatem Caduceatorum funūgtur munere, hos ritus à maioriis accepi-  
mus. Vnus quispiam illorum electus à Collegio, veste augustiore, suisque insigniis  
verendus ad infestorum hominum agrum profectus, cùm primū fines eorū attigit,  
Iouem cæterosq; Deos inuocans, testatur à Romanis se venire, iusque suum petere.  
Deinde iuratus, ire ad iniustam ciuitatem, & si quid mentiretur, sequē suōsq; ciues  
execratus, intra fines ingreditur, & quem primū obuium nactus est, eum testatur,  
siue is urbanus sit, siue rusticus, & repetitis eisdem precibus, atque execrationibus, ad  
urbem pergit. Quam, priusquam ingrediarunt, vel portæ custodem, vel primum  
quemque in porta obuium similiter testatus, ad forum procedit: ibi que stans, Magi-  
stris aduentus sui caufam indicat, semper iusurandum & imprecations adi- D  
cens. Tum si damnatos autores iniuriæ, deditosque acceperit, abducens eos ami-  
cus ipse ab amicis discedit. Quid si tempus ad deliberandum peterent, post decem  
dies reuertebatur, idque aliquando tertio. Elapsis autem triginta diebus si non  
imperaret ius suum, obtestatus superos, atque inferos, discedebat, hoc tantum præ-  
fatus, super ea re populum Romanum per oculum deliberaturum. Deinde assumpjis  
cæteris Fetialibus, Senatui renunciabat, omnia se ritè executum, & si velint bel-  
lum decernere, licere id illis per Deos. Alioqui, si quid horum omissum esset, ne-  
que Senatui fas erat decernere bellum, neque populo, &c. Haec tenus Dionysius.  
Nunc etiam Liuium libro 1. audiems, qui annotat, hunc morem ab Äequicolis  
desumptum ab Anco Marcio Romæ primum institutum, acque à posteris etiam re- E  
ligiosè obseruatum fuisse. Is itaque de Latinis agrum Romanum prædantibus, &  
legatis ab Anco Rege, vt res repeterent, ad eos missis, verba faciens sic pergit: Le-  
gatus (Fetialem intelligit) vbi ad fines eorum venit, vnde res repetuntur, capite ve-  
lato (filum lanæ velamen est.) Audi Iuppiter, inquit, audite fines, (cuiuscunque gen-  
tis sunt, nominat) audiat fas. Ego sum publicus nuncius populi Romani, iuste p[ro]leque  
legatus venio, verbisque meis fides sit. Peragit deinde postulata. Inde Iouem testem  
facit: si ego iniuste, impiisque illos homines, aliósque res dedier populo Romano,  
mihique exposco, tum patræ compotem me nunquam finas esce. Hæc cùm fines  
suprascantid hæc, quicunq; ei primus vir obuius fuerit, hæc portans ingrediens, hæc,  
torum ingressus, paucis verbis carminis concipiendiq; inrisuundi mutatis, peragit, F  
si non deduntur, quos exposcit, diebus tribus & triginta (tot enim solemnes sunt)  
peractis, bellum ita indicit: Audi Iuppiter, & tu Iuno, Quirine, Diisque omnes co-  
lestes, v[er]isque terrestres, v[er]isque inferni audite: Ego vos testor, populum illum  
(quicunq;

A (quicunque est, nominat) iniustum esse, neque ius persoluere, sed de istis rebus in patria maiores natu consulemus, quo pacto ius nostrum adipiscamur. Cum is nuncius Romam ad consulendum redit, confessim Rex his fermè verbis Patres consulebat: Quarum rerum, litium causarum coadixit Paterpatratus populi Romani Quiritium Patrepatrato priscorum Latinorum, hominibusque prisci Latinis, quas res nec dederunt, nec soluerunt, nec fecerunt, quas res dari fieri, solui oportuit, dic, inquit ei, quem primum sententiam rogabat, quid censes? Tum ille: Puro piisque duello querendas censeo, itaque consentio, conscientio. Inde ordine alij rogabantur: quandoque pars maior eorum, qui aderant, in eandem sententiam ibat, bellum erat consensu fieri solitum: ut Fecialis hastam ferratam, aut sanguineam praestam ad fines eorum ferreret, & non minus tribus puberibus praesentibus diceret: Quod populi priscorum Latinorum, hominesque prisci Latini aduersus populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt: Quod populus Romanus Quiritium bellum cum priscis Latinis iussit esse, Senatusque populi Romani Quiritium censuit, consensit, consensuit ut bellum cum prisci Latinis fieret: ob eam rem ego populusque Romanus, populis priscorum Latinorum, hominibusque prisci Latinis, bellum indico, facioque; Id vbi dixisset, hastam in fines eorum emittebat. Haec Liuius, cum quo consentit Agellius, qui lib. 16. cap. 4. ex Cincij lib. 3. de re Militari, Fetiale populi Romanus bellum indicentem hostibus, telumque in agrum eorum iacentem, hisce verbis ut scripsit: Quod populus Hermundulus, hominesque populi Hermunduli aduersus C populum Romanum bellum fecere, deliquerent, quodque populus Romanus cum populo Hermundulo, hominibusque Hermundulis bellum iussit: ob eam rem ego populusque Romanus populo Hermundulo hominibusque Hermundulis bellum indico, facioque, &c. Atque ita quidem bellum Romani hostibus indicabant. Quo verò ritu foedera percusserint, capite sequenti explicabimus.

*Quem ritum Romani obseruariint, ferientes foedus cum aliquo populo.* C A P. II.

D I X I M V S antè, si Romanorum legati ad vicinos Populos missi, postulata impetrassent, foedus cum ille percussisse: sin minus, bellum ipsis indicisse. Vtrumque fiebat per Fetiales, de quibus nos multa libro harum Antiquitatum 3. Quo verò ritu foedera percusserint (morem enim belli stylis sunt verba: Foedera alia aliis legibus, cæterum eodem modo omnia fiunt. Tum ita factum accepimus, nec nullus verutior foederis memoria est. Fecialis Regem Tullum rogavit: Iubésne me Rex cum Patrepatrato populi Albani foedus ferire? iubente Rege: Sagmina, inquit, te Rex posco. Rex ait, pura tollito: Ferialis ex arce graminis herbam puram attulit: postea Regem ita rogauit: Rex, satis ne me tu Regium nuncium populi Romani Quiritium: vasa, Comitesque meos? Rex respondit: Quod sine fraude mea populique Romani Quiritium fiat, facio. Ferialis erat M. Valerius, is Patrepatratus Sp. Fusum fecit, verbena caput, capillosque tangens (Paterpatratus ad iusurandum patrandum: id est, sanciendum, fit.) foedus, multisque id verbis, qua longo effata carmine, non operæ est referre, peragit. Legibus deinde recitatis, audi, inquit, Iuppiter, audi Paterpatratus populi Albani, audi tu populus Albanus: ut illa palam prima, postrema ex illis Tabulis ceræcæ recitata sunt sine dolo malo: vtique ea hic hodie rectissimè intellecta sunt: illis legibus populus Romanus prior non deficiet: si prior defexit publico consilio, dolo malo, tu ille Diespiter populum Romanum sic ferito, ut ego hunc porcum hodie feriam: tandem magis ferito quanto magis potes, pollisque. Id vbi dixit, porcum faxo filice percussit. Haec Liuius. Polybius etiam in commemoratione foederis inter Carthaginenses & Romanos isti scribit, Romanos in foederibus feriendis iurasse Iouem lapidem, cuius verba non abs te erit adicere: Romanis, inquit, Iouem lapidem, secundum vetustissimum ritum, ac per Martem & Eyalium iurârunt. Ritus vero iuris-

randi per Iouem Lapidem fuit huiusmodi : Fetialis sumpto in manibus lapide, postquam de fœdere inter partes conuenerat, hæc verba dixit : Si recte, ac sine dolo malo hoc fœdus, atque hoc iuslurandum facio, Dij mihi cuncta felicia præstent: si alter aut ago, aut cogito, cæteris omnibus saluis in propriis patriis, in propriis legibus, in propriis laribus, in propriis templis, in propriis sepulchris, solus ego peream, ut hic lapis ē manibus meis decidet. Nec plura locutus, manu lapidem deiiciebat. Tantum Polybius, vbi vetus interpres Sipontinus bis vertit, per lapidem, pro Iouem lapidem, de quo errore vide Iacobum Leopardum libro sexto Emendationum, capite decimoquinto. Sic etiam Festus : Lapidem silicem tenebant iuraturi per Iouem, hæc verba dicentes : Si sciens fallo, tum me Diespiter salua vrbe, arcéque bonis efficiant, vt ego hunc lapidem. Ex quo Fifti loco Car. Signius etiam apud Liuium pro, tu illo die Iuppiter, quod in vulgatis habetur, reposuit, tum me Diespiter, &c. Atque tantum de ritu hoc. Leges fœderum non adscribimus, quarum exempla in Liui libro trigessimo octauo, Polybio libro tertio, & alibi extant, vnde peti possunt.

### De delectu militum, (¶) sacramento militari.

#### C A P. III.

**N**DIC TO belli, proximum erat, Ducem creari, & militum delectu haberi. De Duke paulò post dicemus: hoc vero capite de delectu. Scribit Seruus ad 8. Aeneidos Virgilij, tria fuisse militiae genera, sacramentum, coniurationem, & euocationem. Sacramentum eorum, qui singuli iurabant pro Republica se esse facturos, nec discedebant, nisi confectis stipendiis. Coniurationem, si esset tumultus : id est, bellum Italicum, vel Gallicum, quo tempore, quia singulos interrogare non vacabat, qui fuerat ducturus exercitum, ibat ad Capitolum, & exinde proferens duo vexilla, vnum roseum, quo pedites euocabat, alterum coeruleum, quo equites, dicebat : Qui vult saluam Rem publicam, me sequatur: & qui conuenient, simul iurabant, vnde dicebatur ista militia coniuratio. vnde libro 45. scripsit Liuius : Senatus consulem factum, vt Consul, quos præter milites sociosque nauales coniuratos haberet, dimitteret. Euocationem vocabant, cum ad diuersa loca diuersi, propter cogendos mittebantur exercitus. Legitimum tamen militiae genus sacramentum erat, qui hoc genere militarent, ab ipsis Ducibus delectu habito conseribeantur, hac, vti Polybius libro sexto tradit, ratione : Cum, inquit, militum delectum habituri sunt, Consulari prædicti magistratu, prædicunt publicè diem, quo adesse oporteat Romanos omnes, per ætatem ad arma idoneos, atque id singulis annis faciunt. Vbi vero aduenit præstitus dies, omnibus, qui militiae habiles sunt, in urbem coeuntibus, atque in Capitolium congregatis, dividunt se ipsi iuniores Tribuni (quorum quatuordecim erant) sicut populus Imperatoris sue institerint, in quatuor partes : quoniam in quatuor ipsis legiones viuieram, primaque partitionem copiarum distribuunt. Atque iij, qui primi quatuor electi sunt, prima legioni assignantur : tres, qui deinceps secunda legioni tribuuntur : quatuor E subsequentes, tertiae : tres ultimi, in quartam transferuntur. Ex prædictioribus vero (quorum erant numero decem) duos sanè primos primæ tribunt legioni : treis secundos secundæ : duos subsequentes, tertiae : tres ultimos, quartæ, ex prædictioribus inquam. Cum in huic modum Tribuni ordinati, constituti que fuerint, ut omnes legiones æquales Principes habeant : post hæc seorsum cuiusque legionis Tribuni sedentes, Tribus sigillatim in legiones sortiuntur, aduocantque, quām fors assidue prætulit, atque ex ea eligunt quatuor adolescentes, ætate & corporis habitu quām simillimos : productisque iis, optionem faciunt primi primæ legionis Tribuni, secundi secundæ, tertij tertiae, postremi quartæ. Rursus quatuor alii productis, primis optionem faciunt secundæ legionis Tribuni, & sic deinceps, ultimi autem primæ. Post hos alii quatuor productis, primi accipiunt tertiae legionis Tribuni, postremi secundæ, semp̄erque in hunc modum ad portionem, atque ambitu quodam facta electione, accidit, ut pares in legiones singulas viri distribuantur. Cum vero elegerint præsentem multitudinem (hoc autem est, ut faciant singulas

A gulas legiones modò quaternum millium & ducentorum peditum , modo quinque millium, si quando maius aliquot videatur periculum imminentem ) iis ita distibutis, equites antiquitus sancè posteriores peditibus legionariis solebant recensere : nunc verò priores , censusque eorum habita ratione , ditiores à Censore deligitur, describuntque trecentos in singulas legiones. Delecto perfecto, prædictum in codum congregant ex iis Tribuni suos quique per singulas legiones , vñūque diligentes maxime idoneum , sacramento adiungunt profiteri, obtemperaturum se Ducibus prouculdubio, atque eorum mandata pro viribus executurum, tum reliqui iurant singulatim procedentes, id ipsum significantes, omnia videlicet facturos esse , quemadmodum primus ille.

B Per idem tempus Consulari prædicti potestate edicunt Præfectis sociarum ciuitatum in Italia, è quibus auxilia putant accersenda, numerum indicantes, diemque & locum , in quem conuenire oporteat , qui delecti fuerint. At ciuitates delectu habitato , simili ante dicto , mittunt Sacra menta adactos, constituto Præfecto, & mercedis exhibitore. Romæ autem Tribuni, vbi milites iurare adegnerint, denunciato die singulis legionibus, ac loco, ad quem adesse oporteat inermes, tum quidem eos dimisere. Hac tenus Polybius. Quod hinc de Sacramento militari dicit, quale id fuerit, nemo ferè exponit , nisi quod sanctè atque religiosè à militibus id obseruari, eoque iuberi militantes sequi Ducem , quo cunque ducat , scriptum. Sic enim Dionys. Hadlicarn. lib. 11. in historia successionis plebis in montem Aventinum. Horrentibus au-

C tem multis sacra mouere signa , neque tutum , neque sanctum esse existimantibus omnibus Duces relinquere, ob Sacramentum militare , quod maximè omnium seruant Romani. Iubet enim militantes sequi ducem quo cunque dueat : lexque Ducibus potestatem dedit occidendi non parentes, relinquenterisque signa indemnatos , & indicta causa. Et primùm quidem milites sacramento tantum à Tribunis rogabantur , non iure iurando ad militiam adiebantur : ipsi autem inter se coniurabant , se fugæ , atque formidinis causa non abituros , neque ex ordine recessuros. Postea ve-

rò L. Æmilio Paulo 11.C. Terentio Varrone Cossanno 10XXXIX. iure iurando militares fieri cœpere. Docet hoc Liuius lib. 22. Milites tunc , quod nunquam antea factum erat , iure iurando à Tribunis militum adacti iussu Coss. conuenturos , neque iniussu arbituros. Nam ad eam dienam nihil præter Sacramentum erat : & vbi ad Decuriatum , aut Centuriatum conuenissent, sua voluntate ipsi inter se equites Decuriati , Centuriati pedites coniurabant , se fugæ , atque formidinis ergò non abituros , neque ex ordine recessuros , nisi teli sumendi , aut petendi , aut hoitis feriendi , aut ciuis seruandi causa. Id ex voluntario inter ipsos fœdere à Tribunis ad legitimam iuris iurandi adactiorem translatum. Hæc ille. Et hoc pertinet , quod ex lib. 5. Cincij de Re militari Agell. lib. 16. cap. 4. refert : Cum , inquit , delectus antiquitus fieret , & milites scriberentur , in iurandum eos Trib. militaris adiebat hoc modo: In Magistratu C. Lælij C.F. Cos. L. Cornelij P.F. Cos. in exercitu , decēnque millia passuum propè furtum non facies dolo malo solus , neque cum pluribus , pluris numeri argentei in dies singulos , extra hastam , hastile , ligna , pabulum , vrem , follem ,

E faculam , si quid ibi inuenieris , sustulerisque , quod tuum non erit , quod pluris numeri argentei erit vti tu C. Lælium C.F. Cos. Luciumue Cornelium Publ. F. Cos. siue ad quæsem eorum alter iusserit , pecceras , aut profiteberis in triduo proximo , quidquid inuenieris , sustulerisque dolo malo , aut Domino suo , cuius id censebis esse , reddes , vti quod recte factum esse voles. Deinde ita cōcipiebatur iurandum , vt adessent , his additis exceptionibus , nisi harumce aliqua causa erit , fuos familiare , feriæ denicales Kalendæque , quæ non eius rei causa in eum diem collatae sint , quo is eo die minus ibi esset , morbus sanguinis , auspiciūmque , quod sine piaculo præterire non licet , ius , hostis que , status condicione dies cum hoste , si cui eorum haftice quæ causa erit , tū se polstridie

F quam per eas causas licebit , eo die venturū , adiuturū mque ; eū , qui cū pagū , vicum , oppidumque delegerit. Hæc Agellius. Quantam autē vim habuerit militare Sacramentū , & vt sine Sacramento pugnari cū hoste more majorum haud licuerit , ostēdit multis verbis Cic. in 1. de Offic. vbi recitat exemplū filij Catonis , qui in exercitu P. Æmilio , tyro militabat. Cum enim P. Æmilio videretur vna dimittere legiōnem , & Catonis .

quoque filium, qui in legione militabat, dimitteret, ille autem amore pugnandi A in exercitu remansisset: Cato ad P. Æmilium scriptis, ut si cum patetur in exercitu remanere, secundo cum obligaret militi Sacramento. Cuius rei etiam meminit Plutarchus in Questionibus Röm. quæst. 39. cum querit, qua causa fiat, quod qui Sacramento militari non tenerentur, etiam si alia in castris & exercitu versarentur, non tamen haberent ius interficiendi, aut vulnerandi hostis. Hoc ille.

De ætate militum norandum, eos ante septimum decimum, & post quadragesimum sextum ætatis annum non nisi summa necessitate cogeantur, ad arma vocari solitos. Quare cum mos increbuisse, ut minores etiam annis septemdecim aliquando scriberentur, à Sempronio Graccho Tribuno plebis lata est: Ne quis ante annum decimum septimum ad militiam cogeretur, teste Plutarcho. Est & hoc loco silen- B tio hanc quamquam prætereundum, quis fuerit conferendi militaris ordinis apud veteres ritus. Scribit enim Barnabas Brissonius I. C. Eos, qui militiæ nomen dede- rent, non prius militum numero habitos, quām iureitando adacti, cincti, & in nu- meros relati essent. De Sacramento militari iam diximus. Cingi autem eos, qui in- ter milites recipiebantur, consueuisse, ex I. filius familiâs, & I. Titius, & I. quod di- citur. §. 1. ff. de milit. testam. facile colligi potest. Fluxit autem mos iste ex eo, quod qui militabant, omnes cincti erant, quemadmodum Seruus in 2. Æneid. Virgilij tradit. Ex quo in procinætu facta testamenta, Festo interprete, dicebantur, quæ mili- tes pugnaturi, vel vi planius Plutarchus, presentibus commilitonibus nuncupabant. Nec verò in castris discinctus quis sine nota versabatur: quinidem hoc grande sce- lus, morteque piandum militaris disciplinæ seueri Censores credebant, si quis am- bulasset, aut vallum subiisset discinctus. Exemplum Tacitus libro undecimo præ- baret, cui adde ignominia militaris genus fuisse, ut discincti vel stare, vel opus fa- cere milites cogerentur. Postremò in numeros milites referri debebant. Nam qui nondum in numeris erant, etiam si lecti tyrones essent, & publicis expensis iter face- rent, nondum tamen milites habebantur, I. ex eo. ff. de milit. testam. Hæc ferè Bar- nabas Brissonius libro 2. Selectarum ex iure ciuii antiquitatum, cap. 6. & 7. Atque de delectu & militari Sacramento haec tenus. Iam qualis exercitus Romanorum fuerit, videbimus. C

### De Legione & auxilijs CAP. IV.

**N**I V E R S V S exercitus Romanus in duas partes diuisus fuit, in legio- nes, & auxilia. Legio alegendo, teste Varrone, dicitur, quia leguntur milites in delectu: vel à deligendo, vt Plutarchus scribit in Romulo, quod ex omnibus pugnaces in illis delecti forent. Vegetius legionem ab eligendo appellatam ait, quod vocabulum eorum desideret fidem, atque diligen- tiam, quibus milites probentur. Numerus verò militum in legionibus non idem semper, sed varius diuersis temporibus fuit. Prima legio sub Romulo, trium mil- lium peditum, & trecentorum equitum fuit, uti consentiunt Liuius, Dionysius, Plu- tarthus, & alii. Postea autem sæpe variatus hic numerus est, ut modò quatuor, modò E quinque, modò sex millium peditum, itemque modò ducentorum, modò trecento- rum equitum scriberetur. Plutarchus in Romulo auctor est Romulum, post Sabi- nos in ciuitatem acceptos, legionem duplicasse, atque eam sex mille peditum, & sexcentorum equitum fecisse, in qua re sine dubio fallitur. Carolus Sigonius tamen, & hunc secutus Onuphrius Paninius, in ea sunt opinione, Romulum post Sabinos vi- ctos, & in urbe receptos, legionem ad quatuor millium hominum numerum auxisse vnde & quadrata dicta sit: cuiusque vsus ferè semper, vsque ad Caium Marium Romæ fuerit, auctore Sexto Pompeio, cuius hæc sunt verba: Sex millium & ducentorum hominum primus Caius Marius conscripsit legionem, cùm antea quatuor millium fuisset, vnde etiam appellabatur Quadrata. Quæ ipsorum senten- F tia à verò non est aliena. Legimus enim apud Liuium libro sexto, ubi de bello Vol- fco, quod gestum est anno ab urbe condita trecentesimo sepuagesimo secundo, scri- bit, quod quatuor legiones quaternum millium scriptæ sint. Idem libro septimo tra- dit, bello Latino & Gallico, cùm vndique socij a Romanis deficerent, Senatum xium,

- A anxiū, ne omnes socij deficerent, iussisse Consules omnes Imperij vires delectu habendo extendere: scriptas igitur vndeque non urbana tantum, sed etiam agresti iuuentute legiones decem, quaternū millium & ducentorum, equitū tūque trecentorum. Octauo rursus libro annotat, scribi ferē solitas tum fuisse quatuor legiones quinis millib. peditum, equitum in singulas legiones trecentis. Et in historia belli Persici, legionem in Macedoniam scribi à Senatu iussam senūm millium peditum, & trecentorum equitum dicit. Verū ex illis ipsis locis facile intelligitur, illum numerum extraordinarum tum fuisse. Quo etiam accedit testimonium Polibij lib. sexto qui & ipse terulit, legiones cōscribi memoria sua ex quinis millibus peditum, & trecentis equitibus solitas. Vixit autem cum Pub. Æmiliano post bellū Persicum.
- B Et quod ante ex Feste diximus, Caium Marium primū legionem sex milliū conscripsisse, id non senatus decreto, sed Imperatoris consilio factum, ostēdit Sallustius, cūm ait: Igitur Marius cūm aliquāto maiore numero, quām decretum erat, in Africā profectus, &c. Hinc igitur legio sex millium fuisse à multis traditur, quōd hic maximus eius numerus, stante Republica fuerit. Vegetius auctor est, suo tempore legionem habuisse peditum sex millia, equites sepringentes triginta duos: & addit, maiorem etiam interdum esse consueuisse. Hæc de legione.

Altera pars exercitus auxilia erant. Sic autem dicebantur ij milites, qui à sociis, vel fœderatis gentibus mittebantur, de quibus Polybius libro sexto, vbi de delectu militum agit, ita scribit: Per idem tempus Consulari prædicti potestate edicunt Præ-

- Cfectis sociarum ciuitatum in Italia, è quibus auxilia putant accersenda, numerum indicantes, diēmque & locum in quem conuenire oporteat, qui delectū fuerint. At ciuitates delectū habitō, simili ante dicto, mittunt Sacramento adactos, constituto Præfecto, & mercedis exhibitore, &c. Hi verò deteriori iure, quām Legionarij milites erant.

Vegetius libro 2. quid inter legiones & auxilia intersit, his verbis docet: Auxilia- tores, inquit, conducuntur ad pralium ex diuersis locis, ex diuersis muneribus ve- nientes, nec disciplina inter se, nec notitia, nec affectione consentiunt. Alia instituta, alius inter eos est usus armorum. Necesse est autem, tardius ad victoriā peruenire: qui discrepant antē, quām dimicent. Denique cūm in expeditionibus plurimū

- D profit, omnes milites unius præcepti significatione conuerti, non possunt æqualiter iussa completere, qui antē pariter non fuerunt: tamen hæc ipsa, si solennibus diuersis que exercitiis propè quotidie roborentur, non mediocriter iuuant. Nam legionibus semper auxilia, tanquam leuis armatura in acie iungebantur, vt in his præ- liandi magis adminiculum esset, quām principale subsidium: Legio autem propriis cohortibus plena, cūm grauem armaturam, hoc est, Principes, hastatos, Triarios, Antesignanos, item leuem armaturam, hoc est, Ferentarios, Sagittarios, Funditores, Ba- listarios, cūm proprios, & sibi impositos equites legionarios iisdem matriculis te- neant, cūm uno animo, parique consensu castra muniat, aciem instruat, pralium gerat, ex omni parte perfecta, nullóque indigens adiumento, quantamlibet hostium
- E multitudinem superare consuevit. Haec tenus Vegetius, qui etiam paulò antē scri- bit, in legionibus longè ampliore militum numerum conscribi consueisse, quām in auxiliis.

- Cæterū vt ad Legionem redēamus, nemini in iis militare licebat, nisi ciuibus Romanis ingenuis, & qui in quinque classibus censi, atque ludicræ artis expertes essent. Vnde sequitur seruos, libertinos, pueros, seniores, capite censos, & histriones, si quando ad arma vocati sunt, non nisi cogente necessitate in dubiis rebus Reipu- blicæ vocatos esse. Qui autem in legione militabant, varia commoda conseque- bantur, patebat eis aditus ad militaria munera, paterbat eis cohors Prætoria, dabatur stipendium, concedebatur præda, & addebat dōna Imperatoria. De muneribus
- F militaribus, & cohorte Prætoria paulò post dicendum nobis erit, quemadmodum etiam de donis Imperatoriis. Hoc loco tantum de stipendio, quale militum legio- niorum fuerit, paucis agemus.

Milites Romani ab initio stipendium non meruerunt, sed de suo quisque eo functus est munere. Anno demum trecentesimo quadragesimo septimo, Auxure

Volsorum oppido capto , ac direpto pedites primùm stipendum acceperant , & A triennio pōst bello Veienti, etiam equites, teste Liui. Quodnam igitur stipendum illud fuerit, videamus. Polybius diurnum peditis quæstum obolos duos statuit, Centurionis duplex. equitis drachmam, quæ eadem est ferè apud Græcos , ac denarius apud Romanos. Oboli autem duo, quemadmodum Iustus Lipsius libro Eleitorum, capite secundo supputat, faciunt asses Romanos tres. Vile profectò stipendum, pro quo tot adire labores & pericula cogebantur, & de quo vestes etiam atque frumentum comparanda erant: si enim eorum quicquam à Quæstore accepissent, certum, statimque precium eo nomine de pecunia detrahebatur. Polybius libro sexto: Donec tandem Caius Sempronius Gracchus Tribunus plebis lege cavit, ut vestis è publico militi datur: & ut nihilominus pecuniam quoque totam acciperet, teste Plutarcho in Gracchis. Iustus Lipsius existimat etiam de frumento , priori aliqua lege gratiam factam esse.

Post aliquot annos Caius Julius Cæsar , vti Suetonius scribit, legionibus stipendum in perpetuum duplicauit, quod Lipsius sic interpretatur, constitutum à Cæsare stipendum fuisse sex, aut semptem assium. Post Caium Cæsarem Augustus constituta Republica, & Imperij iam certus, quicquid vbique militum esset, (verba sunt Suetonij ad certam stipendiiorum, præmiorumque formulam adstrinxit. Formula Augusti latior Iulia , videlicet in diem deni asses , ita ut menstruum militis sub Augusto esset circiter viginti quinque denarij, id est, aureus unus Romanus, monetae nostræ aurei duo. Ab Augusto qui stipendum militum auxerit, neque à Suetonio, neque ab aliis auctoribus annoratur. Iustus Lipsius in hac est sententia, Cæsarem Caligulam , vel Claudium addidisse alterum aureum, tertium fortasse additum per bella ciuilia Vitellij & Othonis , quartum tandem à Domitiano, de quo ita Suetonius, quemadmodum legendum docet Lipsius. Addidit & quartum stipendum militi , aureis ternis. At que in hanc eandem sententiam Zonaras scribit: Cum militibus septuaginta quinque drachmæ ( ita denarium Græci vertunt ) soluerent, centenas dari Domitianus iussit. Ergo ab initio stipendum militum diurnum fuit trium assium : postea C. Iul. Cæsare regnante sex, vel septem assium. Augusto imperante, decem assium, quo tempore menstruum fuit aureus Romanus, tum aurei duo, postea tres, demum quatuor , Romani scilicet: quorum unus valet nostræ monetae aureos duos. Et de hac quidem quæstione plura Iustus Lipsius in primo Electorum libro, ex quo hæc descripsi , cum alij interpres adducti corrupto Suetonij loco diuersa in medium protulerint.

Non erit ab hoc loco alienum, si de numero etiam legionum quædam afferamus. Numerus legionum Romanarum non unus semper fuit. Primum quidem, quemadmodum Polybius, Liuius, Vegetius , & alij memorix produnt, quotannis quatuor legiones scribi solebant, quæ Consulibus ad Bella propè quotidiana proficienciaibus tradenterunt, singulis legiones binæ. Vrgente vero necessitate, plures scribebantur, ita ut apud Liuium legamus, nonnunquam x. xvi. xli. & plures etiam legiones Romanos habuisse. Verum certus earum numerus non fuit semper. Postea E verò quam Cæsar Augustus bellis ciuilibus confectis, rerum portus est , militum legiones multas legit, easque certis auctoramentis habuit mercedarias, quæ Romanum à Barbaris tuerentur Imperium, de quibus, earumq; nominib; & quibus in locis constituta fuerint, Dionem loquentem audiemus. Is lib. 55. sic scribit: Alebantur eo tempore legiones viبانæ xxiiii. aut, quem alij numerum ponunt, xxv. nostro tempore sola xix. restant: nempe secunda legio Augusta, cuius in superiori Britan- nia sunt hyberna: tres terriæ, yna in Phœnicia , Gallicæ nomine: altera in Arabia, Cyrenacia dicta: tercia Augusta in Numidia : quarta Scythica in Syria : quinta Ma- cedonica in Dacia: sexta duæ, yna in inferiori Britannia. Viætrix altera in Iudea, Ferræ (vel Ferrata) vocabulo insignis: septima in Mygia superiori, Claudia præcipue F nuncupata: octaua Augusta in Germania superiori: decima Gemella , vel Gemina, in Pannonia superiori: ac in Mygia alia decima: undecima in Mygia inferiori, Claudiæ cognomento, (hæ duæ legiones à Claudio sunt nominatae , quod in seditione Camilli non rebellassent ipsi), duodecima in Cappadocia, Fulminifera , sive Fol- minatrix:

A minatrix : decimatercia Gemella, vel Gemina, in Dacia : decimaquarta Gemella in Pannonia superiori: decimaquinta ab Apolline cognominata, Apollinaris, in Cappadocia: vigesima Valeriana, & Victrix in Britannia superiori versantes. Haec legiones Augusti supersunt, reliquis aut omnino dissipatis, aut ab Augusto & aliis Imperatoribus inter ceteras legiones admixtis, unde Gemellarum, vel Geminarum, appellatio traxta putatur. Post Augustum etiam alij Imperatores legiones certas instituerunt, Nero legionem primam, Italicamque nuncupauit, in inferiori Myria hyemantem: Galba primam Auxiliariam in inferiori Pannonia: septimam in Hispania: Vespasianus secundam Auxiliariam in Pannonia inferiori: quartam in Syria Flauiam: Domitianus primam Mineruam in Germania inferiori: Traianus secundam Aegyptiam: tigesimam Germanicam quibus à suo nomine nomen imposuit Marcus Antonius: item secundam in Norico: tertiam in Rhetia, qua etiam Italicae vocantur. Seuerus Parthicas primam & tertiam in Mesopotamia, secundamque Medium in Italia Hactenus Dio. Quarum legionum omnia nomina etiam in fragmento veteris columnæ Romæ leguntur, quod hoc adscribam.

## Nomina Legionum.

II. AVGSTA.	II. ADIVTRIX.	III. SCYTHICA.
VI. VICTRIX.	III. FLAVIA.	XVI. FLAVIA.
XX. VICTRIX.	VII. CLAUDIA.	VI. FERRATENSIS.
VIII. AVGSTA.	I. ITALICA.	X. FRETENSIS.
C XXXI. PRIMIGENIA.	V. MACEDONICA.	III. CYRENENSIS.
I. MINERVIA,	XI. CLAUDIA.	VII. GEMINA.
XXX. VLPIA.	XII. GEMINA.	II. TRAIANA.
I. ADIVTRIX.	XIII. FVLMINATRIX.	III. AVGSTA.
X. GEMINA.	XV. APOLLNEA.	II. ITALICA.
XI. GEMINA.	III. GALLICANA.	III. PARTHICA.
I. PARTHICA.	II. PARTHICA.	

D Plures legiones recenset Huberus Goltzius in suo Antiquitatis Thesauro, cap. 7. Nomina sumebant legiones ab ordine, quo unaquaque earum in aliquo loco primum constituta fuerat, ut prima, secunda, tertia, decima, & vicesima appellaretur. Et quoniam plerunque vsu veniebat ut duas vel tres in variis locis constituta, omnes primæ, vel secundæ, vel tertiaræ appellatae fuerint: cognominibus inter se distingui cooperunt, ut una quidem esset prima Adiutrix, alia prima Mineruia, alia vero prima Parthica: qua cognomina ad Imperatorum arbitrium plerumque sumere solebant: vel ab eorundem nominibus, qui eas instituerunt, ut Augusta, Claudiana, Galbiana, Flavia, Vlpia, Traiana, Antoniana: vel à Provinciis deuictis, ut Parthica, Scythica Gallica, Arabica, Macedonica, Hispaniensis: vel à locis in quibus primo institutæ manserunt, ut Italica, Fretensis, Cyrenaica: aut à nominibus Deorum quibus Imperatores, eorundem auctores addicti erant, ut Mineruia, Apollinaris: aut postremo ab aliis euentibus, ut Gemina, Adiutrix, Martia, Victrix, Ferrata, Fulminatrix, Alauda, Rapax, Primigenia, & alia huiusmodi. Sed de legione in genere satis partes vi-debimus.

## De partibus legionis, cohortibus, manipulis, centuriis, turmis, &amp; decurijs. CAP. V.



ON STABAT legio ex pedestribus & equestribus copiis. Pedestres copiae in cohortes & manipulos, equestris in turmas & decurias diuidebantur.

F Cohors dicitur, Varrone teste, quod, ut in villa & plurib. testis co-iungitur, ac quiddam sit vnu: si haec ut manipulis copulatur cohors: que in villa dicta, q. circa eum locum pecus coërceretur: Ceterum in una legione x. cohortes erant, Modesto & Vegetio auctoriis, quarum tamē prima reliquas numero militū, & dignitate præcedit. Nā genere atq; institutione literarū (Modesti) verbis

verbis utrū viros electissimos querit. Hæc enim suscipit Aquilam, quæ præcipuum A signum in Romano est semper exercitu, & totius legionis insigne: Imagines Imperatorum: has enim imagines tanquam diuina & præstantia signa singuli venerantur. Habet pedites mille centum quinque, equites loricates centum triginta duos, & appellatur Cohors miliaria, quæ caput est totius legionis: ab hac cùm pugnandum est, prima acies incipit ordinari. Secunda cohors habet pedites 555, equites loricatos 66, appellatur Cohors quinquagenaria. Tertia cohors similiter habet pedites 555, equites 66, sed in hac tertia validiores probari moris est, quia in media acie consistit. Cohors quarta habet pedites 600, equites 66. Cohors quinta habet totidem. Sed strenuos desiderat milites. Quia sicut prima in dextro, ita quinta in sinistro ponitur cornu. Hæc quinque cohortes in prima acie ordinantur. Sexta cohors habet pedites 555, equites 66. In ipsa quoque enucleati adscribendi sunt iuniores: quia in secunda acie post Aquilam, & imagines cohors sexta consistit. Cohors septima habet pedites 555, equites 56. Sed & ipsa animosos desiderat viros: quia in secunda acie consistit media. Octava cohors totidem animosos viros. Nona totidem. Cohors decima habet pedites 555, equites 56. Et ipsos bonos consuevit accipere bellatores: quia in secunda acie sinistrum possidet cornu. Haec tenus Modestus, cùmque secutus Vegetius. Et hæc fuerunt maiores legionis partes, quæ tamen priscis temporibus nullæ erant. Non enim in tota Liuij historia cohortium fit metio. Ideoque docti viri sentiunt, à C. Mario primum cohortes esse institutas. Aliæ erant minores legionis partes, centuriæ scilicet, manipuli, turmæ, & decuriae. Pedemtres quidem copiæ in centuriæ & manipulos: equestres in turmas & decurias diuidebantur. De quibus in hunc modum Varro. Centuriæ inquit, quæ sub uno Centurione sunt: quorum centenarius iustus numerus. Hæc in contubernia diuidebantur, ita vt decem militibus sub uno papilione degentibus unus quasi præficeretur Decanus, qui caput contubernij nominatur. Contubernium autem manipulus vocabatur, ab eo quod coniunctis manibus pariter dimicabant, Vegetius, Vairo: Manipulos vocant exercitus minimos manus, quæ unum sequuntur signum. Plutarchus aliam huius vocabuli originem & etymologiam afferit, cùm in Romulo ita loquitor: Ipse (Romulus scilicet) secum magnam manum adducebat, in Centuriæ distributam, quarum unum quamlibet vir unus ducebat, manipulum fœni, ac herbarum conto eretum gestans, vnde hodie quoque militibus manipularibus nomen est. Cincius apud Agellium scribit, legionem cohortes decem habuisse, manipulos triginta, Centuriæ sexaginta: ex quibus verbis intelligitur, Manipulos maiores partes fuisse ipsis Centuriis, & singulos binos Centuriones habuisse. Turma terma est, E in V abiit, quod terdeni Equites ex tribus tribubus Tatiendum, Ramnum & Lucerum siebant. Diuidebantur hæc in decurias, quæ inde nomen habebant, quod decem equites singulæ continerent. Hæc partes legionis fuerunt. De signis dicam, quorum alia vocalia, alia semiocalia, alia mura sunt. Vocalia dicuntur, quæ voce humana pronunciantur, sicut in vigiliis: Semiocalia sunt, quæ per cornua, aut tubam, aut buccinam datur. Tuba, quæ directa est, appellatur: Buccina quæ in semetipsam æreo circulo flectitur: Cornu, quod ex vris agrestibus, argento nexum, temperatum arte & spiritu, canentis statum emittit auditum. Nam indubitate per hæc sonis agnoscit exercitus, vrum stare, vel progredi, an certè regredi oporteat: vrum longè persequi fugientes, an receptui canere. Muta signa sunt Aquila, Dracones, Vexilla, Flammalæ rufæ, Pennæ. Quocunque enim hæc ferri iussit dux, neceesse est signum suum comitantes milites pergant. Apud veteres Rom. signa militaria muta erant, vti Plin. lib. 10. cap. 4. Aquila, Lopus, Minotaurus, equus, aper: quæ singulos ordines anteibat. Factum autem postea, vt sola aquila in acie portaretur, reliqua signa in castris relinquenterunt. Donec tandem C. Marius, is, qui septies Consulatum gesit, in secundo consulatu reliquis signis omnino abolitis, Aquilam propriæ Romanis legionibus dieauerit. Ab eo tempore notatum est, non ferre apud legiones unquam hybernatum esse in castris, vbi non fuerit aquilarum iugum. Erat autem Aquila, aucteum aquilæ simulachrum, hastæ præpilata suffixum, quod à milite cerebatur, qui ob id Aquiliter dictus est. Minotauri signum veteres in legionib. haberunt, vt quemadmodum ille in intimo.

A intimo & secretissimo labyrintho abditus perhibetur: ita ducis consilium semper esset occultum, Veget. lib. 3. & Festus, qui etiam alio loco, effigiem porci inter signa militaria locum habuisse dicit, & causam addit, quia consecuto bello, inter quos pax fieret, cæsa porca fœdus firmari soleret. Posteriorib. temporibus Dracones per singulas cohortes ad prælium à Draconariis ferebantur. Vexilla etiam singulis centuriis constituta erant de quibus ita Vegetius: Antiqui, inquit, quia sciebant in acie, commisso bello celeriter ordines, aciesque turbari, atque confundi: ne hoc posset accidere, cohortes in Centurias diuiserunt, & singulis Centuriis singula vexilla constituerunt, ita ut ex qua cohorte, vel quota esset Centuria, in illo vexillo literis esse adscriptum: quod intuentes vel legentes milites, in quo quis tumultu à contuberniis suis aberrare non possent. Centuriones insuper nimium bellicosos loricatos transuersis cassidum cristicis habebant, ut facilius nosceretur. Hactenus Vegetius. Vexilla, sicut & Aquilæ, & cohortium signa frequenter in nummis antiquis videntur.

*Quis Dux exercitus fuerit: item quis Imperator dictus.*

### C A P . V I .

**L**ECTIONEM & partes eius explicauimus, nunc quot genera militum in iis fuerint, quique alii præfuerint, considerabimus, initium facientes à magistratibus, ut sic vocem, militaribus. Duces exercitus apud Romanos fuerunt primum Reges, deinde Consules, Dictatores, Tribuni militum Coss. potestate, Decemviri legibus scribendis, Prætores, Proconsules, & Proprætores. Hi enim suis auspiciis bellum gerere dicebantur, Tribuni vero militares, Magistri equitum, Legati, &c. non suis, sed alienis auspiciis pugnabant. De Regib. apertæ res ex Dionysio, Liuio, Plutarcho, & aliis, item de Consulibus, qui ferè omnia regia munia obiērunt. De Dictatoribus vel hoc satis testimonij est, quod plerunque legendæ rei gerendæ causa creati esse. De reliquis vniuersa Romana testatur, ita ut non opus sit multa auctorum testimonia huic rei confirmandæ adducere. Hoc tandem iam explicabimus, quare hi, quos modò nominauit, magistratus, suis auspiciis bella gerere dicantur, quid sit suis, quid alienis auspiciis pugnare, & quando ac quibus de causis Imperatores appellati sint. De auspiciis primum,

Institutus fuerat ab initio, ut nihil neque domi, neque militiæ, nisi suspicato gereretur, quippe, quod, ut inquit apud Liuium Cn. Manlius, nullius caluminæ subiicerent ea, qua Dij comprobauissent. Auspicia vero in exercitu vnius tantum fuerunt Imperatoris, cui ea prouincia euenisset, ceteri auspicij eius pugnare, ipse bellū, ut dicitur, sic auspiciis suis gerere dicebatur. Itaque nec Imperatoris nomen, nec supplicatio, nec triumphus dabatur aut Legato, aut vlli alij exercitus præfecto, ne si eorum quidem opera, atque virtute Imperator absens, aut ægrotus victoriam adeptus esset; quod non eorum auspiciis res esset gesta, sed ipsius Imperatoris.

Adhibebantur autem in castris auspicia duo, unum coactum, alterum ex acuminibus. Coactum appellârunt tripodium, de quo satis multa diximus superiori libro de Sacerdotiis. Auspicium autem ex acuminibus quale fuerit, incompertum: eius Cicero tantummodo méminit primo de Diuinatione, cum dixit: Ex acuminibus, quod rotum auspicium militare est, M. Marcellus totum omisit. Et in 2. de Natura Deorum: Negligentia nobilitatis auguriorum disciplina omisa veritas auspiciorum spreta est, species tantum retenta. Itaque maximæ Reipublicæ partes in his bellis quibus Reipublicæ salus continetur, nullis auspiciis administrantur, perennia servantur, nulla ex acuminibus. Hæc Cicero. De Imperatore nunc dicam.

Imperatoris nomen appellatio fuit militaris, qua Dux præsens re bonè gesta pri-  
mum militum acclamatione in castris, deinde sententia Senatus in urbe oinatus est.  
Etenim Imperatoris vocabulo duobus modis vñi sunt vno pro quoquaque exercitus  
Duce, qui suis auspiciis rem gereret, & qui imperium, id est, ius belli gerendi habe-  
ret: altero, qui hostibus magno prælio fusis, ac profigatis, eo nomine, militum  
acclamatione affectus esset. Scribit autem Appianus lib. 2. Bellorum ciuilium, ob-  
seruatum esse antiquitus, ut non, nisi magnis rebus gestis, clamaretur. At sua ætate,

(fuit autem Hadriani æqualis) decem millibus occisis acclamatum esse. Addit Dio. A lib. 60. non nisi semel, de vno bello aliquem appellari Imperatorem licuisse. Hinc Cicero: Magnum numerum hostium cecidimus, castella munitissima cœpimus, incedimus, Imperatores appellati sumus, &c. Neque verò solùm, si ipsi, sed si Legati, & Quæstores, quibus Imperium commisissent, rem bene se absente gessissent, idem hoc etiam honoris adipiscerantur, vt ex Legatorum, Quæstorūque secundo prælio Imperatores appellarentur. Testis est Cicero in Pisonem, de Q. Marcio Legato Pisonis, & Terentius Varro in Re Rustica de Trebellio Quæstore Licinij Neruæ, quorum secundo prælio ipsi Duces sive Prætores Piso, & Nerua Imperatores sunt appellati. Tantum de Imperatore.

### De legatis, Tribunis militum, Centurionibus & Decurionibus. C A P. V I I.

**A**B Imperatore, sive exercitus. Duce ad eius Comites deueniemus, quales fuerunt Legati Tribuni militum, Centuriones & Decuriones. De Legatis diximus libro huius posterioris Commentarij secundo, vbi de Magistratibus disserimus. Illud tantum hoc loco addemus, Legatum apud Priscos Romanos eum fuisse, qui Ammiani Marcellini temporibus Comes dicebatur, & nostra ætate locum tenens, ein Lieutenant penes quem absente Imperatore, vel Duce summa potestas erat. Tribuni militum dicti, auctore Varrone, quod ab initio Ceteri essent, cum, cum legio ex tribus millibus cōficiabatur, externis: quæcum erant, tribubus, Ramnensium, Lucerum, & Tatensem. Hi peditibus tantum Legionis, non etiam equitibus præerant. Itaq; vt numerus peditum in legione auctus est, sic etiam Tribunorum militarium, ita vt à tribus ad quatuor, arque ab his ad sex peruererint. Quinetiam vt numerus eorum, sic etiam lectio procedente tempore immutata est. Primis enim temporibus omnes ab Imperatoribus legebantur, in singulas quaternas legiones terni, vt essent duodecim. Post autem, anno viris trecentesimo nonagesimo primo institutum, vt pars eorum populi suffragii, pars Imperatorum arbitrio crearentur, quod & à posteris obseruatum, nonnunquam necessaria de causa mutatum est. Cumque postea Rutilius Rufus legem tulisset de iure Tribuorum, qui à Consulibus essent facti, accidit, vt Tribuni ab Imperatoribus in exercitu electi, Rufuli: à populo in comitiis creati, comitiati dicti sunt. Ita enim Asconius Pædianus: Tribunorum militarium duo sunt genera, primum eorum, qui Rufuli dicuntur, hi in exercitu creari solet: alii sunt comitiati, qui Romæ comitiis designantur. Idem Liuius & Festus tradunt. Quocirca etiam nouissimis Reipublicæ temporibus alios Tribunos à populo, alios ab Imperatoribus creatos videmus. Cæterum de Tribunis militum 24. ad primas quatuor legiones creandis hæc prodit libro 6. Polybius: Posteaquam declarauere Duces, Tribunos militum constituant, quatuordecim quidem ex iis, quibus quinque annua stipendia facta sint: decem autem alios præter hos, ex iis qui decem stipendia fecerint. Equites quidem qui decem, pedites, verò qui sex. E Cūm verò delectus habituri sunt, diuidunt se ipsi iuniores Tribuni, sicut populus, Imperatores instituerint, in quatuor partes: quoniam in quatuor ipsi legiones vniuersam, primâque partitionem copiarum distibuant. Arque ij qui primi quatuor electi sunt, prima legioni assignantur, tres qui deinceps, secunda legioni tribuuntur: quatuor subsequentes, tertiae: tres ultimi in quartam transferuntur. Ex proiectioribus verò duos sanè primos prima tribuunt legioni; tres secundos, secundæ: duos subsequentes tertiae: tres ultimos, quartæ. Haec tenus Polybius. De officio Tribunorum militum ita lib. 2. Vegetius: Prima Legionis cohors erat Miliaria, in qua censu, genere, literis, forma, virtute pollentes milites mittebantur. Huic Tribunus præerat armorum scientia, virtute corporis, morum honestate præcipiūs. Reliquæ cohortes, prout principi placuisset, à Tribunis, vel à Præpositis regebantur. Tanta autem seruabantur exercendi milites cura, vt non solùm Tribuni, vel præpositi contubernales fibi creditos sub oculis suis iuberent quotidie meditari: sed etiam ipsi armorum arte perfeci cæteros ad dimicationem proprio cohortarentur.

Arentur exemplo. Tribuni autem sollicitudo per hanc laudatur industriam, cum miles veste nitidus, armis bene munitus ac fulgens exercitij ysu & disciplina eruditus incedit.

Centuriones sequuntur, de quibus haec Polybius lib. 6. Vbi milites ad constitutam à Consulibus diem conuenerunt, deligunt ex iis minimos ætate, fortunæque per quam tenuis in Pilanos: iis adultiores, in eos, quos Hastatos vocant: ætate ac robore præstantes, in Principes: natu maximos in Triarios. Tot enim ac tales sunt apud Romanos differentiæ tam appellationum, quam ætatum, immo etiam armaturam in unaquaq; legione. Diuiduntque eos talen in modis, ut sint proœcti ætate, ijdem Triarij numero sexcenti: Principes mille, ducenti: ijs pares hastati: reliqui

B ætate minimi, velites, pilaniue. Quod si maiore numero constat legio, proportione diuisionem faciunt, Triarijs exceptis, quorum idem semper est numerus. Ex singulis his generibus, præterquam è natu minimis, eligunt ordinum ductores optimos quoque decem, præter quos aliorum decem electionem faciunt, atque hos quidem omnes Centuriones appellauerunt: quorum qui primus electus est, sit etiam consiliij particeps. Hi rursus totidem eligunt tergiuctores. Quibus peractis cum Centurionibus diuidunt ætates singulas in partes decem, exceptis Pilanis: præbentque singulis partibus ex iis qui iam electi sunt, duos duces, quoque tergiuctores. Velites autem, qui supersunt, æqualiter in omnes partes distribuere, partesque appellauerè ordinem, & manipulum, & signum: Duces vero, Centuriones, & Principes, seu duxores ordinum. Quod si vterque Centurionum adsit, qui primus electus est, præcepit dextræ parti ordinis: qui secundus, viris præcepit, qui ad sinistram signi partem sunt. Si non adit vterque, qui præsens est, præcepit omnibus. Ex his intelligitur, qui Centuriones fuerint, & quomodo eligerentur, videlicet, ut paucis repetam, Centuriones fuerunt illi, qui singulis ordinibus in legione præerant. Cum autem legio posterioribus quidem temporibus in decem cohortes diuidetur, cohortes singulæ rursus in ordines ternos, exceptis velitibus distribuerentur, qui illis ordinibus præerant, Centuriones dicebantur. Et is quidem, qui primus Triariorum Centurio, siue Triariorum manipulo in prima cohorte præerat, atque reliquos omnes Centuriones dignitate anteibat, consiliique particeps fiebat, Primopilus siue Primi pilus, siue primi

D pili Centurio vocabatur: qui Triariorum ordini secundi cohortis secundi Triarij Centurio; qui tertie cohortis Triariis, tertij Triarij Centurio, & sic deinceps usque ad decem: qui decimæ cohortis Triariis præerat, decimi Triarij Centurio appellatur. Quanquam Sigonio placet, reliquos Triariorum Centuriones post Primi pilum, secundi, tertii, quarti, &c. pili Centuriones dictos fuisse, Triarios Principes sequebantur. Qui igitur Principum ordinis in prima cohorte, præerat, primi principis Centurio, qui secundæ cohortis principi, secundi principis Centurio, in tertia cohorte, tertij principis Centurio, & sic deinceps usque ad decem. Ita etiam qui Hastatorum ordinem primæ cohortis ducebat, primi Hastati Centurio: secundæ cohortis, secundi Hastati Centurio, & sic deinceps usque ac decem. Transibant autem

E Centuriones virtutis gratia ab inferiori ordine ad altiore, ut à decimo hastato ad nonum: à nono ad octauum: sic, usque ad primum: à primo vero hastato non ad decimum Principem, sed ad primum Principem: ne deinde à primo Princeps ad decimum Triarium, sed ad primum Triarium, qui primis temporibus vocabatur primus Centurio: posterioribus primipilus. Atque tanquam de Centurionibus: qui plura voler scire, adeat Carolum Sigonium lib. 1. & Antiquo iure prouinciar. cap. 2. & Aldum Manutium lib. 3. de Quæritis per epistolam, epistola 3. qui diligentissime hac de re scripsierunt.

Ceterum Centuriones vbi creati erant, singulos sibi adscribabant adiutores, quos Polibius extremi agminis, vel tergiuctores, Varro & Festus accensos, & Optiones vocant. Festi verba sunt: Optio qui nunc dicitur, antea appellabatur Accensus, is adiutor dabatur Centurioni à Tribuno militum, ut quem veller, eligeret, unde nomen sortitus est. Vegerius autem Optiones fuisse dicit, qui antecedentibus egreditu ne impeditis, tanquam adoptati eorum atque vicatij solerent vniuersa procurare. Atque hi quidem pedestribus copiis prefuerunt: Equitibus autem, qui singulis legijs

nibus modò ducenti, modò trecenti, ut diximus, afferunt. Praepositi sunt iij, qui Praefecti equitum, ac Decuriones vocati sunt: quorum illi Tribunis militum, hi Centurionibus responderunt, cum Praefecti alas equitum ducerent, Decuriones vero turmarum decurias. De quibus legendis in hunc modum Polybius lib. 6. Equites etiam in decem alas similiter diuiserunt, atque ex singulis tres eligunt duces. Ij vero ipsi tres assumunt tergidauctores, quique primus electus est, praefectus alae. Duo vero Decurionum obtinent. Absente primo secundus primi locum obtinet. Hactenus Polybius, quibus ex verbis intelligitur, qui Praefecti equitum, qui Decuriones fuerint, & quod illi etiam Optiones, Polybius tergidauctores appellat, sibi adscuerint. Qua de re Varronis quoque & Festi verba non abs re erit adscribere. Sic autem Varro: Turma terma est, quod terdeni equites ex tribus tribubus Tatensium, Ramnium, & Lucernum siebant. Itaque primi singularum decuriarum Decuriones dicti, qui ab eo in singulis turmis etiam nunc sunt terti, quos hi primò administratos ipsi sibi adoptabant. Optiones vocari coepit, quos nunc propter ambitionem Tribuni faciunt. Festus: Optio in re militari appellatur is, quem Decurio, aut Centurio optat sibi rerum priuatarum ministrum, quo facilius obeat officia publica. Atque de his hactenus.

### *De aliis militaribus munieribus. CAP. IX.*

**D**RATER eos, de quibus praecedenti capite diximus, etiam alii fuerunt militarium munerum curatores vel Praefecti, ut puta Praefecti legionum, C Praefecti socium, Praefecti castrorum, Praefecti fabrorum, &c. de quibus hoc capite, quæ occurrit, consignabimus.

Quis Praefectus legionis fuerit, & quod eius officium, docet Vegetius lib. 2. his verbis: Proprius, inquit, index erat Praefectus legionis, habens communem primi ordinis dignitatem, qui absente legato tanquam vicarius ipsius potestatem maximam retinebat. Tribuni, vel Centuriones, ceteraque milites eius præcepta seruabant. Vigiliarum, siue profectionis tessera ab eodem petebatur. Si miles crimen aliquod admisisset, auctoritate præfecti legionis a Tribuno deputabatur ad paenam: Arma omnium militum, item vestes, equi annona ad curam pertinebant. Disciplinus & seueritas exercitus non solum peditum, sed etiam equitum legionariorum D præcepto eius quotidie curabatur. Ipse autem custos diligens & sobrius legionem sibi creditam assiduis operibus ad omnem devotionem informabat, & industria, sciens ad Praefecti laudem subiectorum redundare virtutem.

Praefecti socium dicebantur, qui auxiliis, id est, copiis sociorum ab Imperatoribus Romanis præpositi erant, de quibus ad hunc modum Polybius libro 6. Vbi socij vna cum Romanis congregati sunt curam distributionis eorum, tractationisque habent constituti à sociis Principes, Praefecti appellati, numero duodecim, qui primum omnibus qui accesserint auxiliaribus, aptissimos eligunt equites, peditesq; operam suam administrandum Consulibus exhibituros, hos vocant extraordinarios, &c.

De præfectis Castrorum & fabrorum ita Vegetius: Erat etiam, inquit, Castrorum E Praefectus, licet inferior dignitate, occupatus tamen non mediocribus causis, ad quem Castrorum positio, valli & fossæ destinatio pertinebat, tabernacula, vel casæ militum cum impedimentis omnibus nutu ipsius curabantur. Præterea ægri contubernales, & Medici, à quibus curabantur, expensæ etiam ad eius industria pertinebant. Vehicula, sagittarij, nec non etiam ferramenta, quibus materies fecatur, vel cœditur, quibusque aperiuntur fossæ circa situm valli & aquæ ductus, item ligna vel stramina, arieres, onagri, balistæ, ceteraque genera tormentorum, ne deessent aliquando procurabat. Hic post longam probatamque militiam peritissimus omnium legebatur, ut recte doceret alios, quod ipse cum laude fecisset.

Haber præterea legio fabros, Tignarios, Instructores Carpenterios, Ferrarios, F Pictores, reliquosque artifices ad hybernorum ædificia fabricanda, ad machinas, turresque ligneas, ceteraque quibus vel oppugnantur aduersariorum civitates, vel defenduntur propriae, præparatos; etiam qui arma, vehicula, ceteraq; genera tormentorum, vel noua facerent, vel quassata repararent. Habebant fabricas scutarias, lori

A loricarias, arcuarias, in quibus sagittæ, missilia, cassides, omniaque armorum genera formabantur. Hæc enim erat cura præcipua, ut quicquid exercitui necessarium videbatur, nunquam decesserit in castris, usque eo, ut etiam cuniculariis haberent, qui ad morem bessorum ducto sub terris cuniculo, murisque intra fundamenta perfoxis improuisi se emergerent ad urbes hostium capiendas. Horum iudex proprius erat Præfctus fabrorum. Ministri quidam Imperatorum, ac Tribunorum militarium fuerunt Accensi, Commentarienses, Cornicularij. De Accensis Varro: Accensos ministratores Cato esse scribit: potest id ab arbitrio, nam inde ad arbitrium eius, cuius minister. Et Vegetius: Nullis milites instituti deputabatur obsequiis, nec priuata iisdem negotiis mandabantur, siquidem incongruum videretur Imperatori, militem, qui vele & annona publica pascebatur, utilitatibus vacare priuatis. Ad obsequia tamen Iudicum vel Tribunorum, nec non etiam Principalium deputabantur milites, qui vocabantur Accensi, hoc est, postea additi, quam fuisse legio completa, quos nunc supernumerarios vocant.

Commentarienses iti castris Sigonius putat fuisse eos, qui obsequia militum, excubias, commeatusque præscriberent. Nam talem in exercitu fuisse cutam scribit Vegetius.

Cornicularios idem Sigonius opinatur fuisse Tribunorum militarium ministros, qui vigilias Tribunorum loco circumirent, atq[ue] corundem impetum corniculo ederent. Vnde Cornicularij ipsi merere Corniculo dicti sunt à Suetonio in libro de claris Grammaticis. Ex ministris autem humilioribus fuere Scribae, Accensi, precones, de quibus prolixè egimus libro harum Antiquitatum sexto, qui est de magistrabus.

### De variis militum ordinibus, generibus & discr. minibus. CAP. IX.

**H**ACTENVS de iis diximus qui militias præfuerunt, sequitur ut ipsorum etiam militum ordines & discrimina consideremus. Polybius lib. 6. quatuor facit milium ordines & discrimina, pilanos scilicet, Hastatos, principes & Triarios, pilanos, quos etiā Velites appellat, dicit eligi eos, qui minimi ætate fortunèque tenuoris sint. Velites Festus ait fuisse milites expeditos, sic dictos, quasi volantes, de quorum institutione in hunc modum Valerius Maximus libro 2. cap. 3. Vellitum vius eo bello primum reperitus est, quo Capuanum Fulvium Flaccus Imperator obsecrit. Nam cum equitauit Campanorum crebris excursionibus equites nostri, quia numero pauciores erant, resistere non possent: Q. Naevius Centurio è peditibus lectos expediti corporis, breibus & incuruis septenis armatos hastis, parvo tegmine munitos, veloci saltu iungere se equitibus, & rufus celeri motu dilabi instituit, quod facilius equestri prælio subiecti pedites, viros pariter, atque equos hostium telis incesserent. Eaque nouitas pugnæ vnicum Campæ perfidia debilitauit auxilium. Ideoque auctori eius Naevio adhuc honos est habitus. Haec enus Valerius.

His adultiores ait polybius eligi Hastatos, ætate ac robore præstantiores principes: natu maximos Triarios, pilani dicti, qui pileis vrebantur: Hastati, qui primi hastis vrebantur: principes qui à principio gladiis, & post commutata re militari minus illustres sumuntur: Triarij dicti, qui in acie tertio ordine, extremeis subfibio deponebantur. Erant & alia militum appellationes. Quidam enim dicebantur Adscriptiti, quidam Accensi, quidam Ferentarij, quidam Rotarij. Suntramen qui hos eisdem esse censem, & Adscriptiti quidem dici, quod supplendis legionibus adscriberentur. Accensos, quod ad censum legionum essent additi: Ferentarijsq[ue] quod fundis & lapidibus, pugnatur ea modo ferrent, quæ in hostes eiicerent, Rotarios etiam, quod velut ante prælium iustum rorantes dimicarent. De Ascriptitiis vel Adscriptiis Varro li. 6. de Ling. Lat. Ascriptiti dicti, qui olim adscrivebantur inermes, qui succederent armatis militibus, id est, si quis eorum deperiret: Idem libro tertio de Vita populi Romani: De adscriptiis cum erant attributi Decutionibus, & Centurionibus, qui eorum haberent numerum, accensi vocabantur.

Eosdem etiam quidam vocabant ferentarios, qui depugnabant pugnis & lapidibus, **A** iis armis, quae ferrentur, non quae tenerentur.

De ferentariis Festus, Ferentarij auxiliatores in bello, à ferendo auxilio dicti, vel quia fundis & lapidibus pugnabant, quae tela feruntur, non tenentur, ita appellari: Ferentarij leuis armaturæ pugnatores. Idem de Rorariis. Rorarios milites vocabant, quod ut autem imbrex ferè rorare solet; sic illi ante granem armaturam, quod probabant, rorarij dicti.

Funditores erant qui fundis magnis dimicabant.

Duplicarij milites, quibus ob virtutem duplicita cibaria, ut darentur, institutum.

Volones dicti sunt milites, qui post Caenensem cladem usque ad octo millia, cum essent servi, voluntarie se ad militiam obtulerunt. **B**

In veteribus lapidum inscriptionibus mentio extat militum Primorum, secundorum, tertianorum, &c. quae nomina tributa illis sunt à numero legionum, in quibus militarunt.

De Signiferis, Aquiliferis, Draconariis, qui signa Aquilam, Dracones in militia gestarunt, non opus est ut multa dicam.

Tesserarij dicti, qui tesseram per contubernia militum nunciabant. Metatores, qui præcedentes locum eligunt castris, Mensores, qui in castris ab podisimum determinant loca, in quibus tentoria milites figant, vel qui hospitia in ciuitatibus præstant.

Militum ministri & servi erant Calones & lixæ. De utrisque Festus: Calones militum servi, dicti, quia lignæ clausa gerebant, quæ Graci κλεῖδα vocant. Lixæ, qui exercitum sequuntur questus gratia, dicti, quod extra ordinem sint militæ, eisque licet quod liberet. Notius Marcellus: Lixarum proprietas hæc est, quod officium sustineant militibus aquæ vehende. Lixiam namque veteres aquam vocauerunt. Calonum quoque proprietas hæc habetur, quod ligna militibus subministrent. Atq; de variis militum ordinibus hæc tenus.

## De varijs armorum appellationibus. **C A P . X.**

**D**e variis militum ordinibus diximus, restant nobis explicanda ipsorum **D** arma. Non omnes eodem armorum genere vrebantur, sed prout diversi militum ordines erant, ita etiam diversa eorum fuerunt arma, qua de re Polibium lib. 6. loquenter audiemus: Natu minimi, inquit, quos Velites, & Pitanos appellabant, iubentur gestare gladium, pila, parmagnum, Parma tum firmatatem habet ob structuram, tum magnitudinem, quæ turando sit corpori satis. Nam rotunda cum sit, tripedalem habet diametron. Adornatur præterea miles, & simplici casside, cui lupi pellem imponunt, aut eiusmodi aliquid, quod integumentum pariter, insignique sit, ut in prælio suis quique Princeps strenue, aut ignauiter se gerentes, latere non possint. Pili telum lignum habet longitudine plerunque bicubitali, crassitudine digitali, spiculum vnius spithamæ sive palmi maioris, eo usque attenuatum, & acutum, ut mox primum post factum necessario flectatur, sitque inabile ad remittendum: alioqui commune fieret telum.

Eos qui deinceps hos atatae excedunt, hastati que appellantur, armaturam ferre iubet. Est autem Romana armatura primus sanè scutum **v**, ex cuius latitudo curva superficie pedum duorum semis, longitudo pedum quarorum maiori additi amplius quatuor digiti, duplice tabulato, glutino taurino linteolo infuso compactum: eius exterior superficies vituli corio integratur, hispaliue, aut eiusmodi animalis. Habet circumferentia feruum munimen a summis, imisque partibus, quo ensium ictus vehementiores tutò excipit, terraque admittendo non correditur. Impactus est eiusmodi scuto etiam ferreus vmbro, qui ingentes sustinet ictus, ac lapidum impetu, sarissarumve, relique quantumlibet violenti. Vna cum scuto ensis peader ad dextrum femur, Hispaniensem vocant, auceps est, mucrone eximio: defertur violenter, eo quod obeliscus eius firmus, stabiliusque existit. Ad hæc veruta duo, galeaque ænea, & crurum tegmen ocrea. Veruta hæc partim crassiora sunt, partim tenuiora. **E**x

**A** Ex firmioribus, quæ tereta sunt, trientalem habet diametron: quæ quadrata, triental latus. tenuiora hastilibus modicis assimilantur, quæ gerunt cum ceteris quæ prædicta sunt.

Horum omnium longitudo ligni tria cubita non facile excedit. Impactum est singulis tegulis ferreum, utrinq[ue] hamatum, eadem qua lignum longitudine: cuius nexum, strukturamq[ue] tam firmiter munit ad medium usq[ue]; lignum inferentes, crebrisque fibulis, clausq[ue]; transfigentes, ut non prius nexus videntur relaxetur, quam ferrum frangatur: licet sit crassitudinis in imo, ubi adhæret ligno, digitus vnius ac semis, eo usque ac tantum adhibente diligentia in nestendo. Præter hæc omaia, adoruantur corolla plumea, pennisque tribus puniceis, nigris erectis, longitudinis fermè cubitalis: quæ cum in summum vertice ceteris armis addiderint, vir quidem apparebat duplo maior quam sit; cuius verò aspectus pulcher, hostibusque terribilis, atq[ue] plerique accepto ære vnius spithame, quoquo versus quod adhibent pectori, vocantq[ue]; corditum, perfetam habent armaturam. Qui verò censum excedunt drachmarum decem millium, pro cordituo, cum ceteris armis, hamis consertos induunt thoraces. Idem armandi modus est etiam circa Principes, triariosque, præterquam quod pro verutis triarij hastas gerunt. Hactenus Polybius, cum quo etiam Dionysius, Liuius & alij consciensint. De clypeo adhuc dicam, cuius Polybius non meminit. Nam quod Ianus Lascaris Græcum θυρόν, Latina voce clypeus reddidit, in eo erroris conuincitur ab Aldo Manutio, qui ipsum clypeum pro scuto male accipisse, ostendit. Clypeus enim non quadratus fuit, quemadmodum scutum, quod à Polybio describitur: sed rotundus ex ære factus minor scuto, de quo videndum Aldus Manutius libro 2. de Quæstis per epistolam, epistola 6. Telorum ac iaculorum gladiorumque vocabula aliquot recenti Agellius libro 10. cap. 25. Hastam pilum, phalaricam, semiphalaricam solliferrem, gesam, lanceam, spatos, rumices, trifaces (sic enim emendat Iustus Lipsius) tragulas, frameas, mensaculas, cateias, rompheas, scorpium, scribones, sicilices, veruta, enses, sicas, macheras, spatas, lingulas, pugiones, climaculas. Sed cum ex iis pauca admodum ad Romanam armaturam pertineant, de quibus vel iam antè diximus, vel paulò post dicturi sumus, in eorum explicatione hoc loco non immorabor. Exponuntur tamen passim à Grammaticis, qui de iis sunt consuendi.

### De Expeditione. CAPVT XI.

**S**TENDIMVS hactenus, qua ratione bellum hostibus sit indictum, quomodo delectus habitus, qui Duces belli, qui militarium munera Præfecti, qui ordinum ductores, qui militum ordines, quæ arma eorum fuerint: iam exercitum educemus, & quo ordine expeditio facta sit, docemus. Vbi dux imperium à populo acceperebat, bellumque ipsi commissum erat, in Capitolium ibat, ibique solennia vota pro Republica nuncupabat, acque inde paludamento, lictoribus, insignibusque imperij ceteris assumptis, recta ad portam urbis ibat, ad quam salutatus, amicis officijs causa aliquanto viæ spacio prosequentiibus, ac bene eminentibus, ad bellum proficisebatur. Seruus doctissimus Grammaticus in 8. Æneidos annotat, moris fuisse, ut is, qui belli curam susceperebat, sacrarium Martis ingressus, primò ancilia commoueret, post hastam simulachri ipsius, diceretque: Mars vigila.

Ceterum quo ordine incesserit exercitui, Polybius libro 6. docet, cuius verba ex versione Iani Lascaris hæc sunt: Plerunque, inquit, primi incedunt extraordinarij: hos sociorum dextrum subsequitur cornu: quos deinceps sua iumenta sequuntur. Post eos it Romanorum prime legio, habens pone impedimenta sua: tum secunda incedit legio, sequentibus ipsam suis vehiculis, sociorumque impedimentis, qui agmen cogunt. Ultimum enim, dum incedunt, laevum sociorum cornu tenet locum. Equites interdum sequuntur à tergo suas quique parteis. alijs iumentorum latera obequitant, stipantes ea, tutumque præbentes incessum. Quod si qua sit à tergo suspicio, cetera quidem apud ipsos eodem se habent modo: ipsi verò sociorum extraordinarij à fronte ad tergum traducuntur, alternisque diebus legiones & cornua eadem

cadem precedunt, r̄psumque sequuntur à tergo, ut aquationis, frumentationisque A  
integras & qualiter omnes participes siant, mutantes semper ordinem, ut alternatim  
primi incedant.


Vtuntur etiam alio genere incessus, temporibus parum tutis. Patentibus enim  
campis ducunt triplicem phalangem & quidistantem, hastatorum, Principum, tria-  
riorum: præponentes antecedentium iumenta omnibus. Post prima verò signa, eo-  
rum, qui secundi incedunt: post secunda, eorum, qui tertij: & ad proportionem sic al-  
ternatim ponentes iumenta, & signa. Hunc in modū ad iter instructi, cum aliquid  
grauius acciderit, modo ad scutum declinantes, modo ad hastam, producunt signa  
præter impedimenta ad hostium aspectum, breviisque tempore, atque una motione  
armatorum ordo accepit instructionis dispositionem: præterquam si aliquando ha-  
statos evolutione vt oportuerit. Iumentorum autem cæterorumque ea sequentium  
multitudo, post instructos sese subducentes, locum obtinet in periculis competen-  
tem. Cum verò incedentes appropinquauerint ad locum idoneum locandis castris,  
præcedunt Tribunus, & Principibas ordinum quicunque huic muneri assidue fuen-  
tis addicti: qui postea quam conspexeriat totum locum, qui optandus sit ponendis  
castris, deputant primum, ubi si ponendum tentoriūm Imperatoris, post alia, &c.  
Haec enus Polybius. Quæ tamen non ita intelligenda sunt, quasi semper hic ordo in  
expeditione sit observatus. Is enim s̄ penumero mutatus & varius fuit, vt vel ex  
foliis Caij Iulij Cæsaris commentariis intelligere licet, qua de re, qui volet, legat  
Petri Rami librum de Militia C. Iulij Cæsaris parte secunda. Et hæc terrestris itine-  
ris ratio erat. Flumina autem quatuor traiciebantur modis, primum ponte, qui quo-  
modo construi soleret, Cæsar in Commentariis suis passim docet, & Petrus Ramus  
in eo, quem de Cæsaris militia scripsit, libello, vt interim de aliis taceam. Secundus  
modus traiciendi fluminis est, quando exercitus nauibus traducitur. Tertius est,  
cum flumen in plures alueos diductum, transitus exercitui præbeat. Quartus, cum  
equitatus in flumine dispositus, vim illius infringit, ut peditatus tranare incolumis  
possit. Quorum modorum omnium exempla sunt apud Cæarem.

Cæterum & illud hoc loco non est silentio prætereundum, ut situm fuisse, ut mi-  
litæ legionarij secum ferrent non solum arma, sed & vallum & cibaria, vnde Cic.  
lib. 2. Tusculanarum quæstionum: Nostri exercitus, inquit, primum vnde nomen ha-  
beant, vides: deinde qui labor, quantus agminis ferre plus dimidiati mensis cibaria,  
ferre vallum. Nam scutum gladium, galeam in onere nostri milites non plus nume-  
rant, quam humeros, lacertos, manus. Arma enim membra militis esse dicunt: quæ  
quidem ita geruntur aptè, vt si vlys forer, abiectis oneribus, expeditis armis,

vt membris pugnare possint. Hac Tullius de sui temporis militia. Li-  
uus vero, antea non dimidiati, sed integri mensis cibaria, militem  
ferre solitum docet libro 4. His igitur rebus onusti milites,  
tamen singulis diebus ubi opus erat, viginti, aut viginti, aut  
quatuor millia passuum emetiebantur, quemadmodum, Cato  
modum. Vegetius & cum eo alij tra-  
ducunt. Atque de expeditio-  
ne haec enus.

*Figura Castrametationis Romanorum.*

Vetus



A Spatiū à vallo ad tentoria, pro rebus in castra importandis, exportandisque, ac tenendis pecoribus, & præda hostibus relata. Prærerea ne se mutuā homines calcent: & quod præcipuum, si hostis noctu adgredetur, neque tela peruenirent ad tentoria.  
B Spacium centum pedum, æquè distans Trinorum tentoriis vltia forum Prætorium. Quæstoriū mīnus productum nec omnes valli par.

B Spacium centum pedum, æquè diltans Triclinium, et in eis locis tenuit tentoria.  
Quæstoriū inque productum per omnes vallī partē ad cuius latitudo superius sociorum  
equites extra ordinem castrametantur, spectantes forum. Prætorium & Quæstoriū. His  
equitibus rufus versi ponebantur auxiliares extraordinariæ, pedites.

C In hoc spacio forte aduentantes locabantur: vel sibi plures simul legiones, equitatibusque in vna castra conuenirentur, vacua circa Prætoriū forū, Questriūque accipiebāt.  
D His utraque parte hinc nō ipuli, inde turmæ productim interpolati, ita quoddam

D His vtraque parte hinc m<sup>u</sup> ipuli, inde turmæ productim interpositi, ita quod ad singula signa turmæ forma sic simplici collocatae.

**TERRIS VALLI QVADRATI.** intercalantes per singulas partes sex-  
E. A vira que parte prima tabernacula occupa-  
tuntur magis quinta et nona.

F Linea recta ex quateris cestrum bant Tribuni.

F Linea recta aequilateris castrorum, ad quam  
G Locus sèpè circundatus præparari. T  
bant Tribuni.  
am, ubi signa fingebantur.

G Licius læpē circundatus, prope maiorem Tr an, vbi ligna hingeabantur.  
H Cstra equitum primæ legionis, ad Triburo media tabernacula, vnde efficieba-  
tu striga quædam transuersa ad Gynadiſt tam lineam, & locum ante Tribunum

*tu itriga quædam transuersa ad supradictam lineam, & locum ante stipulum vacuum.*

Cetera equitum legionis secundae ac velim <sup>accipue</sup>

**K** Trasitus quinquaginta pedum dicens ad eam posterioris castrorum.

K Tractus quinquaginta pedum, ducens ad posterius califratam.  
L Tractus transuersus legionum, æquè disponit Tribuni.

**S**igna excubitus ad Prætorium.

M. S. B. - *Scutellaria austrotionitana*.  
O. O.

## A De Castrametatione, &amp; Castrorum motione.

## C A P . X I I .

V A E verò Castrorum forma fuerit, quomodo ea sit disposita, audieimus ex Polybio, scriptore accuratissimo & grauissimo, cuius locum hac de re integrum ex interpretatione Iani Lascaris (aliam enim videre mihi hactenus non contigit) adscribam. Genus Castrametationis eorum, inquit Polybius, est huiusmodi. Loci eius, qui maximè idoneus videtur ad Castrametandum, aptissimam partem an prospiciendum, præcipiendūmque, Imperatoris tentorium occupat. Positōque signo, vbi illud fixari sunt, metiuntur circa signum spaciū quadratum sic, ut omnia latera distent à signo pedes centum, planum eius sit quatuor actuum. At huius figurae semper unum aspectum, unūque latus, quod visum fuerit aptissimum aquationibus, pabulationib[us]que, locantur Romanæ legiones in hunc modum. Cùm sex Tribuni sint in unaquaque legione, duæque Romanæ legiones unumque Consulem sequantur, perspicuum est, duodecim Tribunos necessariò militare sub utroque Consule. Ponunt autem horum tentoria ad unam rectam lineam omnia, quæ sit æquidistans lateri quadrati præceptato, distēque ab eo pedes quinquaginta, equis pariter, iumentisque, ac reliquis Tribunorum sarcinis locandis idoneus locus. Tentoria auerſa figuntur à prædicti quadrati latere, spectantia exteriorem aspectum, qui omnino dicendus, vocandusque semper nobis est toti figuræ oppositus. Distant inter se Tribunorum tentoria æquale spacio, atque eò usque extenduntur, ut totam Romanorum legionum tendentium latitudinem assidue occupent. dimenso rursus spacio centum pedum in anteriorem partem ab omnibus tentoriis: postea à præfiniente hanc latitudinem recta linea, qui sit æquidistans tribunorum tentoriis: ab hac inquam facere iacipiunt legionum tabernacula, struentes hunc in modum. Cùm secuerint bifariam rectam lineam ab eo punto rectis ad lineam angulis, equites utriusque legionis oppositos inter se locant, pedes quinquaginta inter se distantes, sectione in medio interualli habita. Est autem equitum peditūmque locatio tentiorum simili: redditur enim tota species tam signi, quam turmæ, quadrata. Hæc autem respicit viarum interualla, habētque præfinitam longitudinem viæ adhærentem: est enim centum pedum. Plerunque etiam altitudinem parem facere student, præterquam sociorum. Quod si maioribus tantur exercitibus, tam longitudini, quam altitudini addunt ad portionem. Cùm autem accidat, ut respondeant equitura tabernacula mediis tribunorum tentoriis, efficitur quasi striga quadam (vel vicus) transuersa ad supradictam rectam lineam, & locum ante tribuas vacuum. Nam reuera strigis persimilis sit tractus vniuersi species. Quippe cum ex utraque parte hinc manipuli, indeque sine turmæ productim interpositæ: præterquam quod post prædictos equites utriusque legionis triarios ad singulas turmas singula signat, forma perquam simili collocant, figurisque sese inuicem contingentibus, sed respicientibus in alteram partem, auerſis ab equitum aspectu dimidiata altitudine ad longitudinem signi cuiusque, eo quod multitudine etiam dimidio pauciores plerunque sunt iij cæteris partibus. quamobrem cum inæqualis existat sepius numero vitrum, multitudo, contingit ut se nper adæquentur secundum longitudinem partes omnes ob altitudinis differentiam. Rursus quinquaginta pedum interualla ab iis utriusque distantes, oppositos triarios locant principes veris autem iis quodque in prædicta interualla, duæ hæc præficiuntur strigæ, initia quidem ab eadem recta linea capientes, adiutisque sicut equites: ab distantia videlicet centipede, quæ ante tribunos est: desinentes autem in latus castorum tribunis oppositum, quod ab inicio proposuimus oppositum esse toti Castrorum formæ post principes similiter auerſos contingentibus se figuris locant hastatos. Cùmque decem signa habeant ex prima diuisione strigæ omnes, contigit eas omnes etiam longitudine pares fieri, carumque sectiones, postremas inquam parteis ad latus valli oppositum adæquari: ad quod etiam ultima vertentes signa castrametantur. Ab hastatis rufis quinquaginta re-

linquentes pedum spatiū, sociorum equites iis oppositos locant, sumentes initium A ob eadem recta linea, desinentesque in idem latus. Est autem sociorum multitudo peditum, ut antè dixi, par legionibus Romanis extraordinariis duntaxat inferior, equitum duplo maior ablata horum quoque in extraordinarios tertia parte, ob id horum etiam altitudinem augentes pro portione, in castrametationum figura co-  
nuntur longitudinem quoque Romanis legionibus adæquare.

Confectis autem omnibus quinque viis, aeraſa rufus ab equitibus ponunt so-  
cialium peditum signa, audentes altitudinem ad portionem, vallum respicientia,  
transuersumque vtrunque latus. Per singula signa, prima, quæ sunt ab vtraque parti-  
re, tabernacula Principes ordinum capiunt, similique prædictum in modum inter-  
calantes per singulas partēs sextam turmam à quinta pedes quinquaginta submo-  
uent, itidem & peditum ordines, ad eò ut siā hic quoque alias per medias legiones  
transitus, transuersus vtrique ad strigas, sed æquidistans tribunorum tentoriis via,  
quam vocant quintanam, eo quod post quinque ordines traducitur.

Locus qui tribunorum tentoriis à parte posteriori subiacet, atque vtrique parti-  
Imperatoris tabernaculo adiacet, partim foro, partim Quæstori, cīsque commeati-  
bus deputatur.

Ab ultimo vtriusque partis tribunorum tentorio à parte posteriori quasi inflexum  
tenentes ordinem versus tentoria extraordinariorum equitum electi, & quidam vo-  
luntarii in gratiam Consulum militantes, versus transuersa valli latera locantur: spe-  
ctantes quidam ad Quæstorios commeatus, quidam parte altera fori versus, Ple- C  
runque autem contingit, vt iij non solum contubernia habeant propinqua Consuli-  
bus, verum etiam vi incedente exercita, atque in cæteris vīs circa Consulem  
Quæstoriemque diuersentur, eisque operam curamque impendant.

Apponuntur iis vallum spectantes, qui eundem præbent vsum pedites, quem  
prædicti equites. deinceps vero perium relinquitur spatiū latitudinis centum  
pedum, æquidistans tribunorum tentoris ultra forum, Prætorium, Quæstoriū-  
que, productum per omnes antedictas valli partēs, ad cuius latus superius so-  
ciorum equites extraordinarij castrametantur, spectantes forum Prætorium, Quæ-  
storiū.

Ad media horum equitum contubernia, & ad ipsum Prætorij locum transitus re- D  
linquitur quinquaginta pedum, dicens ad posterius Castrorum latus, ordine ad re-  
ctos angulos positus prædictæ plateæ. His equitibus rufus auerſi ponuntur auxiliares  
extraordinarij pedites, vallum spectantes, posteriusque totius castrametationis latus.

Vacuus autem locus, qui ex vtraque horum parte superest, versus transuersa late-  
ra datur externis, iisque qui pro tempore socij aduenerint.

His sic se habentibus, tota quidem castrorum forma efficitur quadrata æquis  
lateribus.

Particulares autem figuræ tam sectionis strigarum, quam reliquæ dispositionis,  
vībi simillimam speciem præ se ferunt.

Vallum à tentoriis per omnia, latera dūcentos submouent pedes, quod vacuum E  
multas ipfis commoditates præberet.

Est enim rebus in Castra importandis exportandisque valde opportunum, quan-  
do singuli, ut quæque strigarum proxima est, in hoc vacuum egrediuntur, neque in  
vnum concursantes subuerunt, calcantque se in iuicem: quæque habent, aut abigunt  
pecora, prædæque ex hostibus huc deducentes, turro per noctem seruant. & quod pre-  
cipuum est, si noctu hostis aggrediatur, neque ignis, neque telum peruenit ad ipsos,  
præter admodum rara, arque ea innocua ferme propter magnitudinem distantiæ,  
tentoriis presertim circumiectis.

Data igitur multitudine peditum, equitumque vtrunque in modum, siue quatuor  
seu quinque milium singulas legiones faciant: similiiter & signorum altitudine, F  
longitudinēque, ac multitudine concessa: & adhuc distantiis itinerum, platearum-  
que, nec non omnibus aliis concessis, facile est volentibus considerare quam sit lo-  
cus capax, castraque quam ampla.

Quod si aliquando abundet sociorum multitudo, siue hi ab initio Castra fecuti-  
fiant,

A sicut siue postea per occasionem accesserint: iij quidē qui per occasionem accesserint, ea etiam quæ circa Prætorium sunt, replent spacia, fortūmque & Quæstoriū contrahunt in unum, cogente temporis necessitate: iis verò, qui vñā cum exercitu à principio exiūre, si sit abundans multitudo, addunt strigam vnam ab utraque parte Romanarum legionum, versus transuersa latera.

Omnibus autem quatuor legionibus, Consulib[us]que ambobus in vna Castra coeuntibus, congregatisque, nihil aliud cogitare oportet, quam duos exercitus, prout dudum exposuimus, pariter castrameratos aueros inuicem iunctos esse, contingentes semet ad contubernia extraordinariorum vtriusque exercitus quando satè contingit, vt figura fiat oblonga, locus duplo priore maior circumferentia

B sequi altera.

Cùm igitur ita eueniāt, vt Consules vñā castramētentur, sic semper vtuntur castramētionibus. Cùm verò seorsum, reliqua sanè similiter: forum autem, Prætorium, Quæstoriūque in medio statuunt vtriusque exercitus. Hæc omnia Polybius.

Ex quibus intelligi potest, quæ castrorum Romanorum forma fuerit. Nonnunquam tamen aliter constructa fuerunt. Cæsar lunatis Castris Thapsum (vt est in historia Africani belli) operibus circum' muniuit.

C Vegetius triquetram & semirotundam formam nominat, quem diligens lector de castramētione etiam legere poterit. Illud hoc loco, antequam ad alia accessum, monebo, Romanos ante Camilli tempora tantum per æstatem militiæ esse consueuisse & domi suæ h[ab]emare: eo autem tempore, quo Veii obfessi primū cœpisse castellis ædificatis, castrisque munitis, in hostico h[ab]emem cum æstate continuare, Plutarchus in Camillo, Liuius libro quinto.

D Notandum & hoc est, tentoria siue tabernacula exercitus Romani ex pellibus fieri consueuisse, quod ex Valerio Maximo libro secundo, capite secundo, & aliis est manifestum: hinc toties apud autores legitur, sub pellibus milites habere, exercitum sub pellibus retinere, sub pellibus esse: quod nihil aliud est, quam exercitum in tentoriis, quæ ex pellibus fieri solebant, habere, retinere, in tentoriis esse, in castris esse. Vide Carolum Signonem scholijs in Liuium libro quinto initio, Iacobum Rævardum libro quarto Variorum, capite tertio & alias.

E Neque hoc prætermittendum est, Castra Romanorum ut plurimum portas habuisse quatuor. Prima erat Prætoria, quæ & Quæstoria dicta est: ea vel orientem solem spectare, vel è conspectu hostium dirigi solebat; Quod eò siebat, vt si quando ad arma clamaturum fore, sine tumultu extra castra contrahi multitudo, & explicari ordines, signaque educi possent. Etenim vbi acie decernendum erat, illinc cohortes educi, & copiæ admoueri solebant.

Vbi etiam millitum statio copiosa instructaque ad subitos conatus esse debebar, cui etiam Principali nomen datum.

F Altera à tergo Castrorum Decumana, eò, quod ampla & patens: ex qua deserunt totes & facinorosi, in quos iure militari animaduertendum erat, educebantur, & pœnis coerebantur.

Via erat Principalis, ex qua Principes & summi duces velut ex postico, si quando opus esset, opem suis laborantibus ferebant ordines tendebant, & milites edubabant.

G Via quoque, quæ ad eam portam ferebat, Principalis dicta est. Quarta erat post Prætorium, & Quintana dicebatur, quippe per eam comeatus in castra conuehi, & rerum vresilium copia vehenis exponi: inde etiam merces ad usum militaris multitudinis, quæque bello vñi essent, importari & exportari solebant. Vide præter Festum Alexandrum Neapolitanum libro primo genialium dierum, capite duodecimo.

H Præter quatuor has portas ait Turnebus libro aduersariorum trigesimo, capite vigesimoquarto, fuit etiam Extraordinaria, prope quam tendebant Extraordinarii Liuius libro quadragesimo: Erumpere extraordinaria, porta tussit. Quæstoria, quæ propinquâ erat Quæstorio, Liuius codem libro: Quintus Fulvius Flaccus.

legatus cum dextera ala ad Questoriam portam positus. Sed & duæ Principales erât, A Dextra, & Sinistra à Principibus nomen adeptæ. Liuius libro quadragesimo, ad dexteram Principalem hastatos legionis primæ instruxit, &c. Hactenus ille.

Prætorium dicebatur tabernaculum, quod Duces exercituum, vel Imperatores, siue Consules, siue Dictatores, siue Prætores, siue Tribuni militum Consulari potestate iij essent, occupabant.

Nomen autem inde habet, quod initio Consules qui plerunque bella administrabant, Prætores dicerentur. Questorium erat tabernaculum Quæstorum. Tantum de Castris, & eorum metatione.

De motione adhuc dicendum, de qua Polybius libro sexto, ita scribit: Castra mouent in hunc modum: Vbi primum datum fuerit signum, detrahunt tentoria, componuntque sarcinas: sed neque deponere, neque eligere licet cuiquam, antequam Tribunorum, Imperatoris que tentorium erigatur, deponatur. Vbi secundum, impoñunt onera iumentis. Vbi tertium, procedere oportet primos, moueréque tota castra. Incedunt vero eo ordine, qui paulò ante, cum de expeditione ageremus, à notis ex Polybio est indicatus. Ut autem iis, quæ hoc capite de veteri Romanorum castra-metatione dicta sunt aliquid lucis accederet, opere precium me facturum sum arbitratus, si typum illius Castrametationis, ex libro quarto Commentariorum Reipublicæ Romanæ Wolfgangi Lazij hic insererem, præsertim cum is cum descriptione Polybij, quem nos fecati sumus, per omnia conueniat. Quod meum consilium ut probes, te, beneuole lector etiam atque etiam rogo. C

### De disciplina Castrensi & de vigiliis.

#### C A P. XIII.

**V**AE porro Castrensis Romanorum disciplina, quæ vigiliarum ordinatio fuerit, luculenter explicat idem Romanæ historiæ scriptor diligentissimus Polybius, cuius hæc in fragmentis libri sexti verba sunt: Vbi castrametati sunt, conuenientes tribuni, ab omnibus qui in castris sunt, liberis pariter seruisque, singulatum iusurandum exigunt. Iurant autem illi, se nihil è castris furto ablatores: imo si quis etiam inuenierit quippiam, id allaturum ad Tribunos. deinceps ordinant signa, atque ex utraque legione Præcipum Hastorumque duo ad loci curram deputant, qui ante Tribunos est. In hac enim platea maxima pars Romanorum quotidie versatur, idcirco studium adhibent, ut ea aspergatur, verratur, ut diligenter. Ex reliquis duodeviginti tria, quisque tribunorum fortiuntur. Nam tot sunt hastatorum principumque in singulis legionibus signa, secundum ante dictam divisionem. Tribuni autem sex, tria signa, vicissim singulatimque ministrant, Tribuno ministerium huiuscemodi. Castris loco assignato, tentorium erigunt iij, locumque circa tentorium pavimentant: & si quid circum septe oporteat ad vasorum custodiām, id ipsis cura est. Dant etiam excubias duas, excubia quatuor viris constat, quorum pars ante tentorium, pars post tentorium iuxta equos excubant. Cum igitur tria quisque signa Tribunus habeat, atque in iis singulis viri sint amplius ceterum, exceptis triariis, velitisque, qui huiusmodi ministerium haud quamquam exhibent, opus quidem leue sit, eo quod quarto quoque die ad singula signa ministerium peruenit. Tribunis autem ex prefatis ministeriis usus pariter necessarius: honore que atque obedientia exhibetur. Triariorum signa Tribunorum ministeriis eximuntur, sed turmis equitum singulis diebus ministeria præbet, ut quique proximi sunt post turmas locati: qui custodiunt etiam alia, sed præsertim equos, ne aut implicati vinculis lacerantur, futuri inutiles ad opus: aut soluti, atque inuicem irruentes, turbas tumultusque excirent in castris. Cæterum unum ex omnibus signum excubat quotidie per vices ante Imperatorem, quod securitatem pariter Imperatori præbet aduersus insidias, ornataque speciem magistratus. Eosque ac valli duo latera sociis curæ sunt, quibus proximum utrumque corrum

A eorum cornu locatum est. Romanis utriusque legioni unum. Cumque singula latera per signa diuisa distributaque sint, particularis sanè cura ordinum ductoribus incumbit praesentibus adstantibusque. Ut autem vniuersum latus benè se habeat, duobus Tribunis similiter, reliquam etiam legionis curam hi sunt qui gerunt. Bini enim inter se diuisi bimestre spaciū semestris temporis vicissim imperant: vniuersoque, quibus sors obtigit, subdiali usui præfunt. Idem modus principatus est etiam præfectorum inter socios, equites, ordinumque ductores omnes oriente luce accedunt ad Tribunorum tentoria, Tribuni ad Consulem: ille quod instat agendum, tribunis edicit: tribuni equitibus, ordinumque ductoribus: iij multitudini promunt tempore opportuno. Nocturni signi traditione turam præstant, hunc in modum: Ex singulis generibus equitum, peditumque decimi signi, quod ultimum castrum tatur, ad extremitatem strigarum, ex iis vir unus eligitur, qui excubiarum ministeriis non tenetur: verum accedit singulis diebus occidente Sole ad teatorum tribuni, & accepta tessera (ea est tabella inscripta) recedit. Cumque secesserit ad signum suum, tradit tabellam signumque adhibitis testibus proximi signi Principi, ille similiter proximi: idemque faciunt omnes deinceps, donec ad prima, ac prope Tribunos locata signa peruenierit. Hos autem oportet tabellam nondum obortis tenebris referre ad Tribunos: & si relatæ sunt omnes quæ datæ sunt, cognoscunt signum datum esse omnibus, pérque omneis ad se peruenisse: at si quid defuerit confessim, inquirit Tribunus, quidnam commissum percipitque ex inscriptione, C quanam ex parte tabella venierit: atque ubi repertum fuerit impedimentum, conueniens infert mulcta. Vigilias disponuntur hunc in modum: Imperatorem, eiusque tentorium, accubans custodit signum: tribunorum tentoria & equitum turmas deputati, ut modò dictum est, ex singulis signis. Itidem per singulos ordines omnes ex se ipsi custodias disponunt, cæteras Imperator, siuntque plerunque tres excubiae: apud Quæstorem una, binæ apud legatos, Consiliariosque exteriorem castorum adspicuum velites compleant, totum interdui vallum circumfidentes. Etenim hoc illis iniungitur ministerium. Portas singulæ ex ijs decades accubantes seruant eos qui sunt vigilis depurati, ex singulis custodijs, qui primam vigiliam acturi sunt, vnu ex signis singulis tergiuctor vespere ducit ad tribunum: is dat singulis D taleolas per singulas vigilias, breueis admodum, habentes characterem: illi cum acceperint, ad assignata recedunt loca. Fides circuitionis equitibus committitur. Oportet enim primum alæ ductorem per singulas legiones præcipere uni ex suis tergiuctoribus summo mane præceptum huiusmodi, ut is edicat ante prandium quatuor adolescentibus alæ sua, ad eos pertinere circuitionem noctis proxime accessuræ. Post hanc oportet idem præcipiat sequentis alæ ductori ante noctem, quod illi incumbat cura circuitionis in sequentem diem: is cum audierit, oportebit ut similia faciat his, quæ prædicti in sequentem diem, atque hunc in modum & cæteri deinceps. Qui vero præoptati sunt per tergiuctores ex prima ala quatuor, ubi sortiti fuerint vigilias, conferunt se ad tribunum, accipiuntque in scriptis, quam, quotque vigilias circuire oporteat. Postea vero accubant iij quatuor iuxta primum signum triariorum, cuius princeps curam gerit, ut competens vigilis signum tuba detur. Cum vero tempus accesserit, primam visit vigiliam, qui eam visendam sortitus est. Circuit autem prædicta loca non solum circa vallum, aditusque, sed omnia per signa singula, turmasque: & si inuenierit vigiles primæ vigilantes, accipit ab ijs taleolam: sin autem offenderit quempiam dormientem, aut locum deseruisse, attestatus proximos abiit. Idem sit etiam ab ijs, qui deinceps vigilias circumirent. Dandi autem signum buccina (sicut paulo ante dixi) per singulas vigilias, quod circuitoribus conueniat cum vigilibus, ductoribus ordinum primi signi triariorum utriusque legionis quotidie cura incumbit. Circuitorum singuli tub ipsam lucem referunt tessaras ad tribunum, & si omnes redditas fuerint, sine delicto abeunt. At si quis pauciores attulerit, quam sit custodiarum multitudo, inquirunt ex charactere, quæ nam custodia defecerit, quæ re cognita, vocatur ordinum ductor. Is autem dicit eos, quibus est commissa vigilia, iij disceperant cum circuitore: & si custodum fuerit delictum, confessim profert id circuitor,

adhibitis testibus, qui proximi sint: tenetur enim hoc facere, ac si nihil huiusmodi factum sit, crimen recidit in circuitorem, statimque adiuvato concilio, coram Tribuno dicit causam: & si condemnatur, sive ceditur. Hactenus Polybius. His igitur expositis, tempus est, ut aciem tandem instruamus, quod faciemus capite proxime sequente.

### Instructio aciei. C A P. XIV.

**V**er in genere de militia Romana scitu fuerunt necessaria, hactenus expositum, sequitur ut aciem tandem instruamus: quæ ipsa res paulo altius est repetenda. Quo die pugna erat cum hostibus committenda, signum in castris Romanis proponebatur, videlicet tunica purpurea, vel coccina supra Praetorium expansa, cuius meminit, Plutarchus in Fabio & alibi, Liuius, ac Polybius. Post, ubi iam ad bellum exequendum, & exercitus castris educendus esset, signa militaria, quæ in castris fixa erant, captratis auguriis euellabantur è terra. Habebatur autem hoc inter felicia auguria, si auellentem signa facile sequerentur. Ideoque Crassus in Arabis bello Parthico cum filio occisus legitur, quod iturus ad prælium auellere signa vix potuerit. Educto castris exercitu, acies instruebatur. Quod qua ratione fieri consueverit, ex Liuio aliquo modo intelligi potest, qui libro 8. multis verbis instructam aciem describit, quæ cum maximoperè huc faciant, non grauabor adscribere. Ita igitur Liuius: Clypeis antea Romani vii sunt: deinde postquam stipendiarij facti sunt scuta pro clypeis feceré: & quod antea Phalanges similes Macedonicis, hoc postea manipulatim structa acies cœpit esse. Postea in plures ordines instruebatur. Ordo sexagenos milites, duos centuriones, vexillarium unum habebat. Prima acies hastati erant, manipuli quindecim, distantes inter se modicum spacium. Manipulus, leues vicenos milites, aliam turbam scutatorum habebat. Leues autem, qui hastam tantum gesaque gererent, vocabantur. hæc prima frons in acie florem iuuenum pubescientum ad militiam habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorum, quibus Principibus est nomen: hos sequebantur securati omnes, insignibus maximè armis. hoc xxx. manipulorum agmen Antepilanos appellabant: quia sub signis iam alij quindecim ordines locabantur: ex quibus ordo unusquisque tres partes habebat, earam. vñamquamque primum pilum D vocabant, tribus ex vexillis constabat. Vexillum cxxvi. homines erant primum vexillum triarios ducebant, veteranum militem spectatae virtutis: secundum rorarios, minus robotis ætate, factisque: tertium accensos, minimæ fiducia: eò & in postrem aciem reiecabantur. Vbi his ordinibus exercitus instrutus esset, hastati omnium primi pugnat inibant si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedentes in interualla ordinum Principes recipiebant, tum principium pugna erat, hastati sequebantur, triarii sub vexillis confidebant, sinistro erure porrecto, scuta innixa humeris hastas suberecta cuspide in terra fixas, haud secus, quam vallo septa inhorreret acies, tenentes. Si apud Principes quoque sati prosperè esset pugnatum, à prima acie ad triarios sensim referebantur. Vnde E tem ad triarios redire, cum laboratur, prouerbio increbuit. Triarij consurgent, vbi iu interualla ordinum suorum Principes & hastatos receperint, exemplò compressis ordinibus velut claudebant vias: vñque continent agmine iam nulla spe post relicta, in hostem incedebant, id erat formidolosissimum hosti, cum velut viatos insecuri, nouum repente aciem exsurgentem, auctam numero cernebant. Scribebantur autem quatuor ferè legiones quinis millibus, peditem, equitibus in singulas legiones trecentis. alterum tantum ex Latino delectu adjictebatur, qui ea tempestate hostes erant Romanis, eodemq; ordine instruxerant aciem. nec vexilla dura vexillaria tantum, vniuersi hastati cum hastatis, principes cum principibus, sed Centurio quoque cum Centuriione, si ordines turbati non essent, cœntrendum sibi esse sciebat. Hactenus Liuius, qui vniuersum exercitum in tres partes distribuit. Primam aciem Hastatos facit, id est, leues milites, ac securatos, in eamque pubescentes ad militiam omnes coniicit. alteram Principes vñ cum securatis, quos Antepilanos vocabant, terriam ex quindecim ordinibus constituit, quorum

A quorum vnaquisque tres partes haberet, earum vnamquamque primum pilum vocabant: ex tribus vexillis constabat, Triorum, Rorariorum, & Accensorem, quorum Rorarij inter antepilanos primò procurabant, deinde etiam Accensi eò procedebant, vt tum denique viribus hostium vel exhaustis, vel debilitatis, integri & recentes Triarij pugnam capesserent. Polybius lib. 6. eundem ferè ordinem, sed clarii describit. Legionem enim quadrifarium diuidit in Pilarios, minimos natu, hastatos iis proximos arate, principes florentissimi armis & Triarios maximos natu. Pilanos quidem, hastatosque & principes milenos ducenos, triarios autem sexentos. Si maior fiat legio, proportione partes augeri dicit, exceptis Triariis, quos semper efficiant partes.

B Cæterum non uno semper modo acies instructa fuit, sed diuersis, quod videre est tum apud Cæsarem in ipsius Commentariis, tum apud Ælianum in libro singulari de instruenda acie, ad quos harum rerum studiosum lectorum remitto. Agellius lib. x. cap. 9. aliquot vocabula militaria, quibus instructa certo modo acies appellari soleat recenset: qualia sunt, frons, subidia cuneus, orbis, globus, forfices, serra, alæ, turres, eaque dicuntur in libris eorum, qui de militari disciplina scripsierunt, trala-taque esse ab ipsis rebus, quæ ita propriè nominantur earumque rerum in acie instruenda, sui cuiusque vocabuli imagines ostendi.

Frons. \* \* \* \*

Subidia dicebantur illi milites, qui post aciem subsidebant, vel laboranti exerci-

C tui subuenirent.

Cuneus dicebatur acies cuneum repræsentans, sicut orbis, globus, forfices, &c. quæ in modum globi, orbis, forficis instruebatur. Vegetius libro 3. ait, Cuneum peditum multitudinem vocari, quæ iuncta cum acie primum angustior, deinde latior procedat, & aduersariorum ordines rumpat: quia à pluribus in unum locum cella mittantur. Quam rem, inquit, milites vocare caput porcinum. Typum eius habet Ælianus in libello de instruendis aciebus.

Alæ dictæ sunt exercitus equitum ordines, quod circum legiones dextra, sinistra- que tanquam alæ in aium corporibus locabantur. Cincius libro sexto, de re militari, apud Agellium libro 16. cap. 4.

D *De deuotione suipsius pro exercitu, & de deuotione exercitus hostilis.* C A P. XV.



V O D si periculum aliquod imminere videretur, & Aruspices nunciarent, Deos non placatos esse, tum vnu aliquis ex Romanis se se pro exercitu suo, & simul exercitum hostium deuouebat. Licebat autem, quemadmodum Liuius lib. 8. ait, Consuli Dictatoriq; & Praetori deuouere legiones hostium, & se vel alium, quā velit ex legione Ro-

E ni moreretur, tum signum septem pedes altum, aut maius in terram defodi, & piaculum hostia cædi oportebat: ubi illud signum defossum esset, eò magistratum Romanum descendere fas non erat. Qui verò se deuouere volebat, nō moreretur, neque suum neq; publicum diuinum purè facere poterat. Addit deinde: Ei, qui se deuoueret, Vulcano arma, siue cui alijs Diuo votiere velleret, siue hostia, siue quo alio velleret, ius esse: Telo, super quod stans Consul precarius sit, hostem potiri fas non esse: si potiatur, Marti suauitorib; piaculū fieri oportere. Quia verò ratiōne, quibus ceremoniis, & qua verborum forma, se deuouerent idem paulò, ante de Decio Consule loquens, ostendit, cum ita scribit: In hac trepidatione Decius Consul M. Valerium magna voce inclamat: Deorum, inquit, ope Valerij opus est. agendum

F Pontifex publicus populi Romani præ verba, quibus me pro legionibus deuoueam. Pontifex cum togam prætextam sumere iussit, & velato capite, manu subter togam ad mentum exerra, super tēlū subiectum pedibus stantem, sic dicens: Iane, Iuppiter, Mars Pater, Quirine, Bellona, Lares, Diui Nouensiles, dij Indigites, diui, quorum est potestas nostrorum, hostiumque, diique Manes, vos precor

precor, veneror, veniam peto, ferro que, vti populo Romano Quiritium victoriāmq; A prosperetis, hostēsque populi Romani Quiritium terrore, formidine, morteque afficiatis. Sicut verbis noncupauit, ita pro Republica Quiritium, exercitu, legionibus, auxiliis populi Romani Quiritium, legiones, auxiliisque hostium mecum Diis manib; , Tellurisque deuoueo. Hæc ita præcatus, lictores ire ad T. Manlium iuber, matureque collegæ se deuotum pro exercitu nunciatet, ipse incinctus cinctu Gabino, armatus in equum insiluit, ac se in medios immisit. Haec tenus Liuius. Ex ista etiam apud Macrobius formula deuotionis virium, & exercituum hostilium, quam paulo post recitatimus. Ceterum de conflictu nihil hoc loco dicam, extant eius exempla plura: & varia hinc inde apud historicos, Liuium, Cæsarem, Polydium, Plutarchum: item apud Frontinum in libris de Stratagematis, unde ea peti possunt. B Hoc tamen notandum esse duxi, Romanos, cum classico dato, pugnam inirent, primo occursu ad ardorem excitandum, ardentissimo clamore concurrere, & signa inferre consueisse: qui clamor si consona voce editus, neque impar, varius vel dissonus foret, haud dubie satis animorum ad certamen esse, & futuram victoriam spondebat: namque is erat index voluntatis & animi cuiusque. Si vero excitator, crebriorque ab hoste sublatus esset, quo cunctus prælij casus foret, indicium haud dubium præbebat: in qua quidem re ad ardorem animi excitandum, non solùm acies, sed ipsa quoque signa militaria inferebant. Neque enim parui momenti fuit prima illa vis & congregatio militaris, cum alacres & fiduciax pleni, ardentis clamore simul in hostes ibant, & signa inferebant, intolerabili clamore, animorum uno imperio consentiente, ac virtute: quæ res magnarum victoriarum plerumque causam C dedit. Sed de his iam sat. Huc conferenda sunt exempla pugnarum, quæ passim in historicis occurunt, & stratagematum, de quibus diligentissime scripsit Frontinus.

## De oppugnationibus urbium, &c ijs, quæ ad oppugnationes requiruntur. C A P. XVI.

**D**I X I M V S de iis, quæ necessaria fuerunt, si in locis patentibus ad manus veniretur, iam de expugnatione locorum clausorum & munitorum agemus. Qua quidem in parte omnium maximè de instrumentis & D machinis bellicis, quarum in oppugnationibus usus fuit, dicendum erit. Locus clausus expugnatur ex itinere primo impetu, aut longiore oppugnatione capit. Illius exempla multa sunt passim. Vnum adferam, quod est apud Cæsarem de expugnatione Gomphoram libro 3. bellii civilis. Gomphenses, inquit, venienti Cæsari portas præcluserunt. Cæsari itaque castris munitis scalas, musculosque (quibus fossa aggere, completa solitum iter efficerent) ambulatoriis turribus, ad repentinam oppugnationem fieri, & crates parati iussit: quibus rebus effectis cohortatus milites, docuit quantum usum haberet ad subleuandam omnium rerum inopiam, potiri oppido pleno, atque opulento, simul reliquis ciuitatibus, huius urbis exemplo inferre terrorem, & id fieri celeriter, prius quam auxilia concurserent. Itaque usus singulare militum studio, eodem, quo venerat die, post horam nonam oppidum altissimis mœnibus oppugnare aggressus, ante Solis occasum expugnauit. Haec tenus Cæsar. Quod si propter fossarum latitudinem, murorumque altitudinem, & munitionem reperto impetu urbs expugnari non posset, vineis actis, aggere iacto, turribus constitutis oppugnabatur. Cuius rei exempla etiam multa passim apud scriptores veteres extant. Nos hic vocabula quædam militarium instrumentorum & operum pertinentium & ad munitiones castrorum & ad oppugnationes oppidorum expemus. Castra communiebant aggere, vallo, loriscis, ceruis, cippis, liliis & stimulis. Ad oppugnationes requirebantur tresses ambulatoriae, testitudines, musculi, vineæ, plutei, & cuniculi. E

Agger, inquit Vegetius lib. 4. ex terra lignisque extollitur contra murum, de quo tela iactantur. Frâncus Hotomanus annotationibus in Cæsarem, Aggeris nomes, inquit, tripliciter ab antiquis usurpari video: primū pro mole ad mœnia oppidorum, deinde

**A** deinde pro munitione castrorum, postremò pro materia, qua moles, munitionē ex-  
truitur, Molem intelligimus tumulum ex lignis & glebis, ac cespitibus extructum,  
vt in virium, aut castrorum muros vel militibus, vel turribus mobilibus ascensū  
præbeatur. Cesar lib. 2. belli ciuilis, Lucanus lib. 3. ex quibus intelligitur, trabes à la-  
teribus adhiberi solitas, quæ latera firmarent, ne terra diffueret: interiorem au-  
tem partem viminibus, virgulis & terra repleti, arque infarciri solitam. Taata au-  
tem aggeris interdum altitudo erat, vt propè mœnia adæquaret, vt apud Cæsarem  
lib. 2. belli Gallici, Liu. libro 5. & alibi. Et ad hanc molem extuendam non modo fa-  
bri, verum etiam milites his ferramentis instruti erant: bidentibus, ligonibus, ra-  
stris, alueis, cophinis, qualis, vt Vegetius scribit libro 1. & 3. Reliquarum diuarum  
**B** significacionum, quod sumitur pro muro & munitione castrorum, item pro ipso ag-  
geris materia, quæ triplex erat, trabium, quæ latera firmabant, frondium, & ce-  
spitum, multa extant apud Cæsarem testimonia, quæ non opus est adducere.

Vallus siue vallum dicebatur stipes ramosus in aggeris summa parte defigi soli-  
tus, ad aggerem confirmandum, & loricas extuendas. Hunc vallum legionarij mi-  
litæ vñā cum armis in itinere ferrebat, vti supra ex Cicerone audiuius, & alij  
etiam auctores attestantur. Nonnunquam accipitur pro superiore parte aggeris ex  
illis vallis, id est, sudibus & stipitibus, ac viminibus interiectis constante. Valli  
Romani elegans descripſio extat apud Polibium libro. 17. vbi id cum vallo Græco  
confert, & quidnam inter ea sit discriminis, ostendit. Vallum, inquit, apud Ro-  
**C** manos, duos, tresue, aut ad sumnum quatuor habet surculos, ex quo accedit, vt  
perfacilis eius sit gestatio. Itaque vñus tria, atque etiam quatuor simul fert. Et pau-  
lò, cum de Græcorum vallo eiùsque vñu dixisset, subiicit: Apud Romanos dissimili-  
ma est ratio. Primum enim ita valla inter se circumplicant, vt neque facile quorum  
ramorum in terram compactorum sint virgulta, neque quorum virgultorum sint ra-  
mi, agnoscas. Præterea difficile est, si quis euellere conetur, manum admouere;  
quoniam densissimè inter se contexta & conserva sunt. Eò accedit, quod virgulta ita  
accuratè inflexa, & intertexta sunt, vt reselli ab eo, qui prehenderit, facile non pos-  
sunt: primum quia eminentiæ & surculi omnes suam & propriam in terra firmitudi-  
nem obtinent, Deinde cum vñum è virgultis trahitur, necesse est propter mutuam  
**D** contexturam magnam simul propaginem educi, neque vero fieri potest, vt duo,  
tresue vñum, idemque vallumprehendere possint. Quod si quis vñum aut alterum  
commoueat, ac reuellar, exiguum tamen interuallum patet. Ita Polybius.  
Loricæ dicebantur eminentiæ illæ aggeris, siue etiam murorum, quæ pectus de-  
fendebant. Fiebant autem plerumque ex cratibus & viminibus, interdum ex pluteis,  
id est, crassis asseribus & tabulis.

Cerui erant stipites, cornicula eminentia habentes, quibus ad commissuras plu-  
teorum atque aggeris vrebantur, ad impediendum ascensum.  
Lilia stipites erant seminis crassitudine, à summo præacuti, ad similitudinem flo-  
ris eiusdem nominis, non aperti, sed adhuc compressi: & regebantur viminibus ac  
**E** virgultis.

Cippi erant stipites tricipites, aut quadripites, deliberatis & præacutis cacumini-  
bus, ab infimo reuincti longiori transuersario, ne auelli possent. Hæc omnia ad mu-  
nitionem castrorum parabantur à Romanis.

Iam ea quæ ad oppugnationem requirebantur explicabimus. Turris mobilis, si-  
ue (vt Vegetius appellat) ambulatoria, erat machina, instar ædificij ex trabibus & ta-  
bulis, interdum decem contignationibus extructa, intus erat aries, quem suspensum  
milites in hostium murum impellebant: ex superiore parte pons demittebatur in  
eundem murum, & scalæ confessim iniciebantur. Tota autem machinatio subiectis  
rotis, à militibus circiter quinquaginta introrsus promouebatur, cum musculus aut

**F** vineæ præcederent, sub quibus foſtores raſtris & ligonibus viam muniebant: agge-  
rēisque de quo diximus, solidabant, vt mœniis Turris propinquari posset. Hæc  
Hotomanus. In eandem sententiam scribit: Vegetius libro quarto. Eius edificare  
rationem tradit: Vistrovius libro decimo. De illius formalocus insignis est apud  
Cæsarem libro secundo belli Gallici. Altitudo eius tanta fuit, vt plerunque denum

tabulatorum esset, velut apud Cælarem libro octauo bellii Gallici & bello Alexan- A  
drino, apud Iosephum libro sexto, capite octauo bellii Iudaici. De pontibus, quos  
iniungi solere diximus. insignis extat, locus apud Hirium libro octauo bellii Galli-  
ci: Turres, inquit, crebras excitari in altitudinem trium tabulatorum, pontibus tra-  
iectis, confratique coniungi: quorum frontes viminea loricula munirentur. Mul-  
ta etiam in eandem sententiam scribit Procopius libro primo Gott. & libro 2.

Testudo tabulatum erat ex trabibus, pluteisque factum, cortisque ac cilicis con- tectum, aduersus flamمام & incurrentia saxa, sub qua latebant milites qui viam  
turribus, aut vineis muniebant, saxa de via remouebant, solum aquabant, ac muros  
rentabant. Viðruuius lib. 10. sublati supra capita scutis protecti pedites sagittarum B  
aut saxorum nubem vitabant.

Musculos Vegetius libro quarto interpretatur machinas, quibus recti milites  
aportatis lapidibus, lignis, & terra fossas complebant, ut turri ambulatoriæ viam  
munirent. At Cæsar, Musculorum recto vsum tribuit, non viæ aggere supportato  
munienda, sed muri subruendi, lapidesque vestibüs subducendi, qui etiam interdum  
subiectis rotulis impellebantur, cuiusmodi musculi descriptio extat apud Cælarem  
lib. 2. Belli ciuilis.

Vineas Vegetius lib. 4. ait esse machinationem tabulatis, cratibusque confratam,  
qua subiectis rotulis impellitur, cuius recto muniti obsidentes, murotum funda-  
menta subruunt. Has Franciscus Horomanus opinatur inde dictas, quod, ut pleris-  
que locis vineæ sepibus vimincis: ita hæ rectis vimineis muniri soleant. Vsum vi- C  
nearum Lucanus libro 3. his describit versibus:

Tunc adoperta leui præcedit vinea terra,  
Moliri ima parant, & vertere ferro.  
Incussus densi compagem soluere muri  
Sub cuius pluteis, & recta fronte latentes  
Mœnia, nunc aries suspenso fortior itu  
Tentat, impositis unum subducere saxis. D

Alium præterea, inquit Horomanus, vsum vinearum esse video, ut cum plures or-  
dine impellerentur, milites post eas occulti sequerentur, veluti libro 7. belli Gallici.  
Hinc sub vitem præliari dicebantur milites, cum sub vinea militari pugnabant  
Festus.

Pluteos, inquit Vegetius libro 4. esse machinas mobiles, & ambulatoria, ex tabulis,  
vimine & corio costratas, trinique rotulis adagi solitas ad muros, quarum una in  
medio, duæ in capitibus apponantur, ita in ut in quamcumque partem quis velit,  
mōre carpentorum admoueri possint. Quos, inquit, obsidentes applicant muris, eo-  
rūmque munitione protecti, sagittis siue fundis, vel missilibus defensores omnes de E  
propugnaculis oppidi exturbant, ut scalis ascendendi facilior præstetur occasio. Plu-  
tei etiam crebro usurpantur pro tabulis, siue afferibus, cuius significationis exem-  
pla occurunt passim.

Cuniculus est meatus subterraneus suffossus. Festus Cuniculum, id est foramen  
sub terra occultum, aut ab animali, quod simile est lepori, appellatur, quod subter-  
fossa terra latere est solitum: aut à cuneorum similitudine, qui omnem materiam in- F  
trant fidentes. Cuniculorum agendorum rationem qui primis inuenierit, Vegetius  
lib. 4. his verbis docet: Cum Rhodiorum, inquit, ciuitas oppugnaretur ab hostibus, &  
turris ambulatoria super murorum altitudinem ac turrium omnium pararetur: me-  
chanici ingenio inuentum est tale remedium. Per noctem sub fundamento muri cu-  
niculum fodit, & illum, ad quem die postero turris fuerat promouenda, nullo ho-  
stium sentiente, egesta terra cauauit intrinsecus, & quum rotis suis mola impulsa  
fuisset tanto pondere solo cedente subcedit, ut nec iungi muris, ac moueri veterius  
potuerit: ita ciuitas liberata est, deincepsque machina.

De

**A De machinis bellicis ad oppugnationem urbium necessariis**  
**et) Romanis visitatis, Balista Ariete, Scorpio.**

## C A P . XVII,

**F**VERUNT autem & machinae quædam bellicæ quibus ad oppugnationes urbium vsi fuerunt, veluti, Balista, Aries, Scorpious, sive onager, de quibus etiam nonnihil dicendum nobis est.

Vegetius libro 4. inter alia tormentorum genera balistam primo enuntiat: quam funibus, nervis, chordisque ita tendi ait, ut quanto maiora brachio-la haberet, hoc est, quanto maior esset, tanto spicula longius mitteret. Deinde Onagrum, quo lapides dirigebantur. Postremo scorpiones, ideo sic dictos, quod paruis, subtilibusque spiculis mortem inferrent. Balista sicut & Aries & Scorpis descripciones extant apud Marcellinum, quas opera precium est hic referre. Ita vero is libro 23. Balistæ forma hæc est. Ferrum inter axiculos duos firmum compaginatur & vastum, in modum regale majoris extentum: cuius ex volumina teretis quod in medio ars polita componit, quadratus eminet stylus extensus recto cannalis augustinus meatus cauatus, & hac multiplici chorda nervorum tortilium illigitus: eique cochlearæ duas lignæ coniunguntur apertissime, quarum prope vnam adstitit artifex contempnibilis, & subtiliter adponit in temponis cauamine sagittam ligneam spiculo maiore conglutinata: hōcque facta hinc inde validi iuuenes veſtant agiliter rotabilem flexum. Quam ad extrematatem nervorum acumen venerit summum, percita interno pulsu a balista ex oculis euolat, interdum nimio ardore scintillans: & evenit saepius ut antequam telum cernatur, dolor letale vulnus agnoscat.

Scorpions autem, quem appellant nunc onagrum, huiusmodi forma est: Dolorant axes duo quernei vel ilicei, curvaturque mediocriter, ut prominere videantur in gibbas: hīque in modum serratoriae machinae connectuntur, ex utroque latere patentius perforati, quos inter per caueraas funes colligantur robusti, compagena dissiliat, continentes. Ab hac medietate restum ligneus stylus exurgens oblique quas, & in modum iugulis remonis ereptus, ita aeruorum modulis implicatur, ut altius tolli possit & inclinari, summitati que eius vinci ferrei copulantur, è quibus pendet stapea vel ferrea funda: cuius ligatio fulcimentorum prosternitur ingens cilicium paleis confertum minutis, validis nexibus illigatum, & locatum super congestos cespites vel latericos aggeres. Nam in aro faxo huiusmodi moles imposita distendat quicquid induenerit suoter, coacussione violenta, non pondere. Quim igitur ad concertationem veatum faerit, lapide rotundo funda impoſito, quaterni altriseues iuuenes repagula, quibus incepotati sunt funes explicantes, rorosus stylus impenes vincium inclinat: itaque deum sublimis alitans magister, claustrum quod totius operis continet vincula, referat malleo forti percussam. Vnde absolutus ictu volaci stylus, & molitudine offensus cilicij saxum contorquet quicquid incurrit, collisurum. Et tormentum quidem appellatur, quod ex eo omnis explicatio torqueatur: scorpio autem, quoniam aculeum desper habet erectus: cui etiam onagri vocabulum iadidit: eas nouellæ, ea re quod alii feri, quim venatibus agitant, ita eminus lapides post terga calcitrando emitunt, ut perfotent pectora sequentium, aut perfractis ossibus capita ista displodant.

Hinc ad arietem veniemus. Eligitur abies vel ornus excelsa, cuius summitas duro ferro concluditur & prolixo, arietis efficiens prominulam speciem, quæ forma huic machinamento vocabulum iadidit: & sic suspensa virinque transuersis asseribus & ferratis quasi ex lance, vinealis trabis alterios continetur: tamquam quantum mensuræ ratio patitur, multitudine retro repellens, rursus ab obuia quæque tumpenda protrudit ictibus validissimis, instar adfurgentis & cadenæ armati. Quia crebritate velut reciprocis fulminis impetu adfiscit scissis in rimas, concidunt structure laxataemurorum. Hoc genere operis, si fuerit exerto vigore discussum, undato vallo defensoribus solutisque obsidiis ciuitates manitissima recluduntur. Pro his arie-

rum machinamentis iam crebritate despectis conditur machina scriptoribus historiis nota , quam helepolin Graeci cognominant : cuius opera diurna Demetrius Antigoni filius Rhodo aliisq; vrbibus oppugnatis , Poliorcetes est appellatus. Aeditificatur autem hoc modo : Testudo compaginatur immanis , axibus roborata longissimis , ferreisque clavis apicata , & congettatur coriis bubulis , virgarumque recenti texture , atque limo asperguntur eius suprema , vt flammeos detractet & missiles casus . Conseruntur autem eius frontalibus trisulcæ cuspides præacutæ ponderibus ferreis graues , qualia nobis pictores ostendunt fulmina , vel fictores , vt quicquid petierit , acules exerto abrumpat . Hanc ita validam molem , rotis & funibus regens numerosis intrinsecus miles , languidiori murorum parti viribus admovent concitis : & nisi desuper propugnantium valuerint vires , collis parietibus aditus patefacit B ingentes .

His addo etiam Malleolos & Falces murales . Malleoli , inquit Nonius , manipuli spartei , pice coniecti , qui incensi aut in muros , aut in testudines iaciuntur , de quibus ita Marcellinus , Malleoli teli genus figurantur hac specie : sagitta est cannea inter spiculum & arundinem multifido ferro coagmentata , quæ in muliebris coli formam , quo nenter linea stamina , concauatur ventre subtiliter , & plurifariam patens , atque in alno ipso ignem cum aliquo suscipit alimento . Et sic emissa lentiæ arcu inuálido (ictu enim rapidiore extinguitur) si haeserit vsquam tenaciter cremat : aquisque conspersa aciores excitat æstus incendiòrum , nec remedio vlo quām superacto puluere consopitur .

De falcibus muralibus ita Vegetius libro quarto . De materia & tabulatis testudo contextitur : quæ ne exuratur incendio , coriis vel ciliciis , centonibusque vestitur . Hæc intrinsecus accipit trabem , quæ adunc præfigitur ferro : quod falx vocatur ab eo , quod incurvata est , vt de muro extrahat lapides . Meminit harum etiam Luius libro 38 . Cæsar , Orosius & alij .

Murices alio nomine triboli , sive tribuli dicti , machinulæ ferreæ tetragone erant , aculeis extantibus infestæ , quæ spargi solebant aduersus eruptiones hostiles .

### De euocatione Deorum tutelarum , & deuotione urbium atque exercituum hostilium

#### CAP. XII X.



A M verò & hoc silentio non est prætereundum , quod Macrobius lib . 3 . Saturnal . cap . 9 . notat , cum omnes vrbes in alicuius Dei essent tutela , mo-rem Romanorum arcanum , & multis ignotum fuisse , vt cum ob siderem vr-  
bem hostium , cámq; iam capi posse considerent , certo carmine euocarent  
tutelares Deos : quod aut aliter vrbem capi posse non crederent : aut etiam si posset ,  
nefas existimarent , Deos habere captiuos . Vnde & ipsi Romani tum Deum in cuius  
tutela vrbis Roma est , tum ipsius vrbis Latinum nomen ignorant esse voluerint , ca-  
uerintque ne quod ipsi sèpè aduersus vrbes hostium fecisse se nouerant , idem ipsi  
quoque hostili euocatione paterentur , si tutelæ sua nomen diuulgaretur , Euocatis  
Diis tum ipsam etiam vrbem , & exercitum hostilem deuouebant . Carmen autem ,  
quo Dij euocabantur , cum oppugnatione ciuitas cingeretur , eiusmodi ex 5 . libro re-  
rum reconditarum Sammonici Sereni Macrobius recitat lib . 3 . Saturnal . cap . 9 . Si  
Deus , si Dea es , cui populus , ciuitasq; Carthaginiensis est in tutela , tèque maxime il-  
le , qui vrbis huius , populq; , tutelam recepisti , precor , venerórque veniámq; à vobis  
peto , vt vos populum , ciuitatemque Carthaginensem deseratis , loca , templa , sacra ,  
vrbemque eorum relinquatis , absque his abeatis : eiique populo , ciuitatiq; metum ,  
formidinem , obliuionem iniiciatis , proditique Romanam ad me , meōque venia-  
tis : nostraque vobis loca , templa , sacra , vrbis acceptior , probatioque sit : mihi  
quoque , populóque Romano , militibúsque , meis præpositi sitis vt sciamus , in-  
telligamusque . Si ita feceritis , voleo vobis templa , ludosque facturum . In eadem  
verba hostias fieri oportet , auctoritatemque videri extorum , vt ea pomittant  
futura .

C

D

E

- A** futura. Vrbes verò, exercitusq; sic deuouētur, iam euocatis numinibus. Dis pater, siue Iouis manes, siue quo alio nomine fas est nominare, ut omnes illam vrbem Carthaginem, exercitumque quem ego me sentio dicere, fuga, formidine, terrore compleatris: quique aduersus legiones exercitumque nostrum arma telaque ferrent, vti vos eos exercitus, eos hostes, eosque homines, vrbes, agrōsque eorum, & qui in his locis, regionibusque, agris, vribusque habitant, abducatis, lumine supero priuetis, exercitumque hostium, vrbes, agrōsque eorum quos me sentio dicere, vti vos eas vrbes, agrōsque, capita, atque eisq; eorum deuotas, consecratasque habeatis, illis legibus, quibus quandoque sunt maximè hostes deuoti: eosque ego vicarios pro me fide, magistratusque meo, & pro populo Romano, exercitibus, legionibusq; nostris do, deuo-  
**B** uo: vt me, meāmque fidem, imperiumque, legiones exercitumque nostrum, qui in his rebus gerundis sunt, bene saluos finatis esse. Si haec ita faxitis, vt ego sciam, sentiam, intelligāmque: tum quisquis votum hoc faxit, recte factum esto, ouibus atris tribus, tellus mater, tēque Iupiter obtestor. Cum tellerum dicit, manibus terram tangit: cum Iouem dicit, manus ad cœlum tollit: cum votum recipere dicit, manibus peccus tangit. Haec tenus ex Sammonico Sereno Macrobius, & addit in antiquitatibus se hac oppida inuenisse deuora, Stonios, Fregellos, Gabios, Veios, Fidenas. Praeterea Carthaginem, & Corintham. Sed & multos exercitus, oppidāq; hostium, Gallorum, Hispanorum, Afrorum, Maurorum aliarūmque gentium, quas prisci loquuntur annales. Atque de oppugnationibus haec tenus.

**C**

### De prælio nauali. CAP. XIX.

**S**E QVITVR iam de prælio nauali, de quo ante quām dicere incipiamus, sciendum est Romanos cum in omni reliqua militia clari essent, mari tamen se se non commississe ante primum bellum Punicum. Tum enim primum, cum Carthaginenses plurimum mari pollerent, coacti & ipsi sunt classem comparare, & naualis belli periculum facere. Ne autem omnino nauigationis & rerum maritimorum expertes essent, prouidentia & cura Consulū factum est, vt milites paulatim ad remigium interea, dum tota classis pararetur, exercentur per hunc, vti Polybius libro 1. docet modum. Subsellii in arena per ordinem positis, remigas insidentes ad vocem præcipientis, qui in medio eorum erat, omnes vna protendere brachia, ac reducere, remosque per arenam mouere pariter docebantur: ad illius vocem simul omnes incipiebant, simul desinebant, per hunc modum nauigandi arrem edisti, & perfectis interea nauibus mare ingredi, post paucos dies verum in vndis periculum fecerunt. Haec tenus Polybius. Hac igitur prima rudimenta Romanorum, quod ad naualia prælia, fuerunt. Is cui impetum in copias nauales mandatum erat, Præfector classis dicebatur, Interdum etiam Duumviri nauales creabantur, de quibus diximus libro Antiquitatum septimo, cap. 40.

Singulare item naues suos præfectos habebant, de quibus non est necesse multa verba facere, Carterū potissima pars huius tractationis consistit in explicacione nauium, earūmque partium, & generum, quibus cognitis, reliqua facile intelligi, nullo etiam docente, possunt. Quare de nauibus quantum quidem huc pertinere arbitramur, dicemus.

### De classe & nauibus, earūmque partibus & generibus.

#### CAP VT XX.

**N**IVER SVS nauium apparatus classis dicebatur, hoc est, à lignis, vt docent Grammatici.

Nauis autem à Græco νάυον, quod fluo significat, vel à Latino Nō, quod est nato, vel à natu, quod rectorem nauium nauis exposcat, hoc est, strenuum & celerem nomen haber. Nauium partes plurimae sunt, quas, prout nobis occurrent, hic recitabimus.

Carina est pars nauis infima, à facilis cursu, quasi currina vocata. Sallustius alueum

QQ 9 3

vocat. Quidam totius nauis compagem carinam esse opinantur, Hæ primum, sicut A & statimina, ex levi materia fiebant, reliquum corpus nauium viminibus contextum corris intregebatur. Capitu etiam carina interdum pro iuvenia trabe, qua nauis fundatur, vt est illud Ouidij:

*Dum mea puppis erat valida fundata carina.*

Statimina, quæ & statimina, & coita dicuntur, ligna sunt arrectata in interiori. alio, quæ latera nauis supponunt.

Pergula est ex curva per totam nauem aperitus locus ad nauis latera. Festus Aegeam vocat, quod in ea quæque res maxime agi soleat, quo vocabulo vsus est Ennius:

*Multa foro ponent, ageaque longa repletur.*

Nonnulli ageam eam viam dictam putat, per quam ad remiges hortator accedit.

Prora est nauis pars anterior, sic dicta quasi ~~accipit~~ quod reliquam nauis partem præcedat. Hinc qui præst. præsta, Græcè ~~accipit~~, appellatur.

Rostra, pars nauis primore in prora exorrectior, & cunei in modum acutior, nomen habet a rostris avium, ad quorum similitudinem fiebant, vnde rostrata nauis & rostrata corona, de qua infra. De rostris loco fori Romani, supra diximus.

Puppis nauis pars est posterior, & est locus in naui honestior, quod ibi sedeat gubernator claus regens nauigium.

Acroteria, siue plutei nauales tigna ad ornatum proræ, puppisque prominentia C

Tutela nauis, signum dicebatur in prora, vnde nauis nomen accipiebat.

Oculus locus erat cui nauis nomen inscriebatur.

Fori spacia sunt in nauibus apertiora, alijs latera concava interpretantur, à feredo onera dicta Virgilius.

*Implesemq; foros flammis.* —

Seruus Honoratus nauium tabulata exponit, ab eo, quod incessus ferant, Idem tamen alio spacia esse ait in nauibus aperta, velut in gladiatoriis ludis.

Stega nauis est proscenium, id est, tabularum, super quod nauis ambulant. Alij locum nauis conteat, & perinde etiam rugurum.

Pons significat hoc loco scalas nauales, quibus excipiuntur, aut in terram exp D nuntur viatores.

Transtra sunt tabulæ, in quibus remiges sedent, dicta, vt ab aliquibus traditur, quod in transuersum disposita sint, vulgo banchi dicuntur à nautis, & trasti Poetæ etiam inga vocant. Festus tabulas nauium transtra appellari posat.

Columbaria in summis nauium lateribus loca concava esse Grammatici quidam scribunt, quod sint similia columbatum latibulis, in quibus nidiificant. Victorius libro I. o. cum organa ad aquam haurientam describit, columbaria vocat causa seu foramina, per quæ aqua concepta in tympano educitur. Lilius Gregorius Gyral- dus purat, nauiculam esse, clausam vndeque & obiectam, multis pertusam foraminibus, qua viuus pisces seruare pescatores consueuerint. Hadrianus Ianius ex Isidorio scribit, Columbaria esse foramina in nauis lateribus, per quæ remi prominent, similia latibus columbarum.

Scalma est lignum teres, cui alligantur penates remi lori, quod struppum vocat Isidorus, stropham Victruius. Hinc intercalmitum locus vacuus & intermedius inter scalmos remigum.

Sentina est pars inferior nautis, ybi sordes deflantur, atque ideo, quod ibi teter odor sentiatur, sunt qui dictam arbitrentur. Valerius Maximus libro secundo de Disciplina militari, pro ipsis sordibus accepisse videtur. cum erat: Hac turpi & erubescenda sentina vacuofactus exercitus noster Per translationem etiam pro malorum confortio sumitur. Haec quidam Cumbam vocant, sed haec vox denotat F locum nauis imum, quod scilicet aquis incumbat.

Antlia, machina haustoria, qua è sentina arrahitur, exanimaturque nautea, sic appellabantur sordes putidae, quæ in sentina erant.

Cobitis signum quoddam nauium erat vnde corbitæ naues dicuntur onerarie, quod:

A quod in malo carum summo pro ligno corbes solerent suspendi, Festus. Sicut illæ naues, quæ bello paratæ erant, galeam insigne habebant: quæ verò ad celeritatem, Mercurij petasum: pacificatorię caduceum.

**M**alus est arbor nauis, quæ erecta vela sustinet, sic dicta, quod instar mali haberet in summitate, vel quod quasi quibusdam malis ligneis cingitur.

**M**ala lignea dicuntur orbiculi volubiles, qui malum circulo ambiunt, ut eorum volubili agitatione vela facilius vel pandantur, vel demittantur.

Partes mali sunt calx, sic appellatur pars infima: Carchesium, suprema pars, sive foramen, per quod in summo malo funes traiciuntur, ut vult Nonius. Antenna, lignum transuersum in malo, quod velum sustinet, quasi transuersa pertica, sic dicta quod sit aste amneum: alijs ab am, id est, circum, & tendo, ducunt, Antenna vtrinq; extremitates habebat, quæ dicebantur cornua, item ceruchi. Eratosthenes in Architectonico partes mali dixit esse has. Pterne, thoracium, elatae, carchesion, antem, nam significari scribunt.

Instrumenta & armamenta nauium hæc sunt.

**R**emi, sunt perticæ, seu conti, quæ veluti in palmam desinunt, vnde fit, ut interdum à Poëtis palma & palmula vocentur, quibus naues & rates impelluntur, & aguntur. Dicuntur remi vel ~~remi~~ <sup>remi</sup>, vel à remouendis & decutientis fluctibus.

**I**dem tonsæ nonnunquam appellantur, à condendis & feriendis procellis. Festus tamen, quod ferro tondeantur, dielas putat, idque Ennius auctoritate comprobatur. **C**Sunt qui remorunt palmulas tonsas esse existimant. Dicuntur & remitrudes, à trudendo, ut plerique existimant. Hos quidam perticas interpretantur, & contos esse volunt ad trudendas & impellendas naues. Trudes aliqui volunt esse instrumenta, quibus falso inbærens nauigium, trudi vel reduci soleant. Contus, inquit Donatus, est, pertica oblonga, in capite ferrum habens, quæ nautæ vtuntur ad exploranda loca nauibus opportina.

Palmula est extrema remi latitudine, manubrium remi, sive capulum, Enchiridion Græci appellant medium partem Viatorum.

**C**laus nauis est gubernaculum. Ennius,

### Vi clavum rectum tenet, nauemq; gubernem.

**D**inde per translationem pro administratione ponitur. Seruius Grammaticus clavum putat esse systema gubernaculi, hoc est, lignum oblongum, quo flectit, ac reficit, gubernator nauium, ansa appellatur à Victrusio. Diffinit & Cicero inter clavum, & gubernaculum, eum pro Sextio ait, clavum tanti imperij tenere & gubernacula Reipublicæ tractare. Ansa summa pars clavi erat. Locus vbi gubernator reclinatur enclima dicebatur.

Tonsilla palus est dolatus in acumen, & cuspede præcautus, qui nauis religandæ causa in littore figitur, Festus. Isidorus ait, Tonsillam significare uncum ferreum, vel lignum, ad quod in littore defixum nauium funes illigantur.

**E**t si solet in mare ad explorandum fundum, mariisque altitudinem, Plano linea dicuntur.

Phalanges, qui & Phalangæ, & paluini dicuntur, cylindri quidam lignæ sunt, qui vectibus promoventur ad transducendas naues in portum, sive ad littus.

Anchora est dens ferreus ad fistendas naues, sic dicitur per ~~ad~~ <sup>ad</sup> ~~ad~~ <sup>ad</sup> quasi ἀγρύνη, ab incurvitate. Inter anchoras, inquit Pollux, vna est, quæ sacra anchora dicitur, quam non nisi coacti naturæ expediunt necessitatis causa. sunt qui etiam quoque vocabulo, hoc est, <sup>ie</sup>, extremum nauis subsidium dicunt existimant.

Portisculus, ut scribit <sup>et</sup> Elius Stilo, dicitur, qui in portu modum dat classi: id autem est malleus, cuius meminist Cato in dissuacione de lege Attal, & restringat libus Asia: Caio Lucio Prætore remiges scripti cives Romani sub portisculam, sub flagrum conscripti venire passim. Portisculus ab aliquibus dicitur remi interdum perticam significare, interdum remigantium hortatorem. Erat enim pertica quadam in naui, quam hortator remigum tenebat, quam si incurset,

remiges non desinabant; si deponeret, conquiscebant à labore. Hanc Plautus castellam nominat in Afinaia. Nonius tamen Marcellus castellum locum esse, inquit, vbi cum nauigatio quiescit, remi & gubernacula reponuntur.

Huc pertinent & instrumenta illa, quibus in bellis duntaxat nauibus utrebantur, qualia sunt, harpagoes, manus ferrea, catharactæ, corvi, falces.

Harpago dicebatur pertica ferro aduncō præpilata, qua naus tehebatu*r*. Manus ferrea, harpago ferrea erat, pluribus vncis diuisa, qua naues in conflictu nivali colligebantur.

Catharacta videtur ab Appiano accipi pro ponte, qui in pugna nivali in hostium naues iniicitur, dum pugna conferitur, & ascensum eis præbet.

Corvi, Græccæ *κέρας*, munimenta quædam nauium erant, à Romanis ex cogita*ta*, quorum elegans descriptio extat apud Polybium libro primo huc referenda: Cum, inquit Polybius, Romanorum naues tardæ nimis, & ad celeritatem parum commoda essent, singulis quibuscum munimenta quædam aptabant, quæ postea Corvi appella*ueri*: ea fuit machina huiusmodi: lignæ columnæ prora in se: longitudinis quatuor vlnatum, latitudinis palmarum trium, in eius apice rotam constituerant: huius præterea tabulae inhærentes scalas co*scicabant*, quarum latitudo erat pedes quatuor, longitudine sex vlnæ: foramen tabulati per longitudinem erat: Scalæ ab utroque latero, vñque ad genu manu*ite*: In ligni extremo ferrum erat instar mallei percūr*atum*, præterea annulus fūne alligatus, ita ut hæc machina machinis frumentariis simili*ma* videretur. Igitur simul ac nauis hostium aduentebat, laxo fune scalæ demittebantur, ferrum pondere, ac vi ligni super hostium nauium delapsum fīgebatur: si aduersa prora erat, bini milites per scalas descendebant, duo priuvi præferentes, scuta reliqui latera scutis protegēti: si verò obligata erat hostium nauis, in eam ex tota partete nauis desiliebatur. Haec tenus Polybius.

Falx dicebatur acutissimum ferrum, curvatum ad similitudinem falcis, quod consistit longioribus inditum, colatoribus funes ( quibus antennæ suspenditur ) repente præcidebat, collapsisq*e* velis liburnam pigriorem, ac inutilem reddebat. Vegetius.

Aliæ erant falces murales, de quibus supradictis.

Funis etiam in re nautica multis usus est, hi dicuntur rudentes nimio scilicet stridore, & pro vario, quem præstant usu, varia sortiti sunt nomina, quorum quædam hic recitatibus.

Eos funes quibus velum subducitur, mesurias vocant; & quibus ex utraque parte prora malum constringitur, protonos.

Pes nauticus funis est, quo velum tenditur. Quidam tamen extremum veli angulum esse opinantur. A pede propres dictus, funis quidam, quo pes veli alligatur.

Hypera funis est nauticus, à summo propendus, quo antennarum cornua traducuntur.

Sunt & pesmata funes, quibus anchoræ alligatur. Quidam Præmilia arbitrati sunt.

Festus tamen præmilia vocat tonsillam, palum, ipsum de quo religatur nauis, non funem.

Verum funis iste, qui nauim in alto, aut vado sistit, etiam funis anchorarius, anchorale, & retinaculum appellatur.

Camelus dicitur funis crassus, quo naturæ alligandis anchoris utuntur.

Epitomus, lori, vel vinculi genus est, quo antennæ mali alligatur.

Proroni vero funes dicuntur, qui ex mali utraque parte à priora & à puppe extenduntur.

Coniungentur inter funes, & himonia, quæ ex loris conficabantur ad aquas haurieridas.

Sami & tropi, qui & tropoteres, & epicopoteres, Latini struppi vocantur, vincula quibus scalam remus alligatur. Vici rurauis eos strophas videtur appellare.

Toro funis est à loris contortus, qui toro, id est, lecto subrendebatur.

Spiræ propriæ sunt funium volubilitates, Seruius, siue, vt Festus scribit, funis nauticus in orbem convolutorus.

Transenna, funis extensus.

Opifera,

- A Opifera, sive opiferi funes, quibus cornua antemna dextra, sinistrâq; tenduntur. Mitra funis, quo nauis media vincitur. Anquinâ funis, quo ad malum antemna constringitur. Remulus funis est, quo religata nauis maior minorem sequitur remis actam, vel quo deligata nauis remi vice trahitur. De velis iam dicendum.

Velum linteum quoddam est, ad nauium celeritatem repertum, quod quasi ala est nauis.

Quis velorum auctor fuerit, à plurimis traditur. Conficiebatur ex diuersa materia ex lino, cannabe, scripo, sparto, & corio. Triplici autem forma fieri consuevêtre. Nam alia triangula, qua plurimum figura nunc vtimur; alia quadrata, vt in minoribus nauigiis, & amnicis fieri videmus: alia rotunda, qualia se conspexisse nauis Lutitani affirmant apud Indos.

Quia & in eorum maioribus nauibus ad duodecim vela habete traduntur. Cæterum vela vt libro decimo scribit Viétruius, & ratio palam facit, cum sunt per altitudinem medianam mali pendentia, non potest habere nauis celerem cursum: cum autem in summo cacumine antemna subductæ sunt, tum vehementiori peogrediūtur imperu, quod non proxime calcem mali, sed in summo longius, & ab eo progressa recipiunt in se vela ventum.

Igitur cum vela per medium sunt tēperata, minorē habent virtutē. Quæ autem in capite mali summo collocantur, discedentia longius à centro, nō acriore, sed eodem flatu pressione, cacuminis vehementius cogunt progredi nauem. Haec tenus ille.

Idem & Anneus Seneca: Nulla enim, inquit, res æquæ adiuuat cursum, quam summa pars veli illinc maximè nauis virgetur: itaque quoties ventus increbuit, majorq; est, quam expedit, antemna submittitur, minus habet virium floras ex humili.

Vela tria facit Iulius Pollux, & eum secutus Isidorus, maius, quod accation appellat: quod à tergo est, epidromon: quod minimum dolona. Accation inquit Isidorus, velum maximum est in media naui constitutum. Epidromos secundæ amplitudinis, sed puppim. Dolona minimum, & ad proram desixum.

Est & artemon genus veli, quod Nicolaus Perottus antemona appellat, sic scriptus: Antemon velum est, quod potest faciliter obligari, quod nauis in summo tempestatis discrimine vtuntur & hoc ad dirigendam potius nauem, quam ad celeritatem facit. Lilius Hyraldus: Antemnon est minus illud velum, quod velis maioribus appendi solet, vnde & illi nomen.

Suppara quoque inter velorum genera reponuntur. Est autem supparum genus veli, vnum habens pedem, quo iuuari nauigia solent in nauigatione, quoties vis vti languescit. Orthiax appendix est, quæ infimæ vel parti adicirur.

Nauium etiam ornamenta multa erant, quæ nequaquam hoc loco sunt silentio prætereunda.

Aplustria, ait Festus, nauium ornamenta, quæ quia erant amplius, quam essent necessaria vnu, etiam amplustria dicebantur.

Segestria erant pellæ nauticæ, quas Græci δεξιας vocant.

Ascosa pellis, quæ scalmo adhiberi solebat.

Sunt & nauium ornamenta aulæ, rapetes, peristromata, peritasimata, & eius generis cætera, quæ ad alia quoque referuntur.

Catastroma superius est, nauis tegumentum, seu pavimentum, è quo propugnatores pugnare solebant.

Corymbis etiam naues ornatas legimus. Corymbos. Suidas interpretatur ramosum summitates & partes extremas: alij corymba vocant acrostolia nauium, vel coryphas, id est vertices, quæ addi & adimi possunt. Sunt qui corymbos nauium hederae coronas interpretentur, quæ nauibus adhiberi solerent, cum vela portum tenerent. vnde illud Poëta:

— Et nauta leti imposuere coronas, vel cum ex nauali pugna victoria parta esset. Sed de partibus, instrumentis, & ornamentis nauium haec tenus, sequitur, ut genera nauigiorum videamus.

Nactum multa esse genera, varia illa nomina, quæ iis passim tribuuntur, indicat, A quæ sumuntur vel ab iis officijs, in quibus exercentur, ut speculatoriæ, pescatoriæ, mercatoriæ, & quæ apud Plautum geraria vocata est: vel à locis, vbi vel adficatae, vel inuenient, vel in vsu frequentius habitæ sunt, nomina sunt fortissimæ, ut Ægyptiæ, Liburnicæ, Naucratice, Salaminicæ, Tuderitiae, Rhodiæ, &c. vel ab artificiis, ut Argæ, Pherecleæ, Nicomedicæ, Paralus & aliæ: vel à magistris, & ab iis qui præsumunt, vocariæ sunt, ut Praetoria, quæ & Nauparchis dicitur, & Imperatoria: vel à temore ordinibus, ut bitemis, tritemis, pentemis, hexeres, hepteres, &c. non Græcis modo, sed & Latinis auctoribus, & in primis Liuio: vel à navigationis cursu, ut dromones, cursoriæ, celestes & celestria: vel à rebus quæ in ipsis deuehantur, ut hippagines, & hippagogæ, sitagogi, saccariæ, annotinæ, quæ & frumentariæ: vel à vasis, vel eorum forma, B ut gaulus, cymba, corbita. Nonnullæ à pictura vel insigni nuncupatae sunt, ut pistis, vel pristis. Centaurus, miltopatris. Aliqua à forma & specie, ut Cameræ, aulonæ, thalamægi, & quas hoc tempore Sandalos vocant. Aliæ ab animalibus, ut Crij, tragæ, taeti. Aliæ à Diis ipsis præsidentibus, ut Isis, Apollinis, Tritonæ, quæ insignia tamen putatim, ut etiam Crij & tragæ: Aliæ ab eminentiori parte, ut rostratae, Coronides turritaæ: Aliæ à numero, ut Centenariae, myriaphori, myriagogi: Aliæ ab instrumentis, quibus muniantur, ut turritaæ, delphinophori, falcateæ, & trocheliophora, quæ significatur à Dionysio Halicarnassœ libro 3.

C Agellius libro 10. capite 25. aliquot nautium appellations, quas se in veteri scriptis inuenisse ait, recenset. Sunt autem hæ: Gauli, coruitæ, caudicæ, longæ, hippagines, cercutiæ, celoces, vel ut Græci dicunt, κέλητες lembus, oxæ, remunculi, actuariæ quæ Græci καπητæ vocant, vel καπητίδæ, prosumæ, vel getosseretae, vel orioles, catæ, saphæ, pontones, noctuciae, mediae phæli, parones, myopartones, lntres, capuli, cameræ, placidae (Sic legit Iustus Lipsius in Electis capite septimo) cibarum, rataæ, catascopium. Hactenus Agellius.

Gaulus, air Festus, nauigij genus est pene rotundum.

Corbita est genus nauigij tardum & grande.

D Capidæ, siue caudicariae, naues sunt ex caudicibus, id est, lignis crassioribus compactæ, quæ Marcellus codicarias appellat. Varro lib. 3. de vita populi Romani, quod antiqui plures tabulas coniunctas codices dicebant, à quo in Tiberi naues codicarias appellamus.

Longæ, naues sunt, quæ remis aguntur.

Hippagines, naues dicuntur, quæ equis aguntur, à Græco ἵππος quod equum significat.

Cercuri naues sunt Asiae prægrandes.

Celoces naues sunt breues, sic dicitæ à celeritate.

Lembus, nauicula breuis pescatoria.

Oxæ etiam nauigia brevia sunt, à celeritate nomen habentia, nam οξεις Græcæ velox dicitur.

Remunculi, fortasse mendosæ ita dicuntur pro lemunculis, quæ sunt nauigia pescatoria apud Nonium.

Actuariæ nauiculæ celeres, quod citè agi possint: nam & remis & velis simul uti bantur, ut Isidorus ait.

Prosumæ, inquit Festus, nauigium paruum, & speculatorum.

Gesoretæ, fortasse sunt naues onerariae, vel mercatoriæ, quæ à Plauto dicuntur gerariae, à gerendis & deuehendis mercibus.

Orioles, vel oriolæ, nauiculae sunt pescatoria. Nam oriae naues pescatoriæ sunt apud Nonium.

Catæ etiam Pauigia dicuntur, qualia, incertum.

Scaphæ sunt nauiculæ, quæ maiores naues sequuntur.

Pontones genus nauigij Gallici, quorum mentio apud Cæsarem libro 3. de bello civili. Quidam naues interpretantur trahiendis amnibus aptas.

Noctuciae etiam nauium nomen apud Agellum, de quibus nihil præterea legere memini.

Mediæ

**A** Mediae sunt naues à Médis inuenientur.

Phaselus nauigium est Campanum, Nonio. Alij nauem velocem & oblongam es-  
se scribunt. Videatur ex Horatio & Virgilio phaselus non absimilis fuisse lembo, aut,  
Oriz, quippe qua circumuehi sua rura solebant ditiones, ut agitatu facilie eadam &  
fragili. Adrianus Junius in nomenclatore.

Parones, ait Festus, nauium genus, ad cuius similitudinem myopato vocatur, Isi-  
dorus: Paro nauigium piratarum aprum, & ex his ita vocatum.

Myopato est nauicula piratarum, Festus. Myopato genus nauigij ex duobus dis-  
similibus formatum. Nam & mydion & paron per se sunt. Sunt & myoparones ma-  
iores, & minores.

**B** Lyntres naues fluminale, Nonio.

Capuli, naues sunt, à capuli forma, vel à capiendo sic denominatae;

Cameræ naues sunt arcta & exiles.

Placidæ nauiculae admodum parvae, quibus mare non nisi placidum & à procellis  
quietum nauigari potest.

Cidarum, quale nauigium fuerit, imcompetum.

Rataria, naues de ratibus compositæ.

Catascopicum, naues speculatoria.

Hactenus de nauium generibus, ex Grammaticis antiquis, quarundam icones  
ex vetustis monumentis expressæ videntur in libro Clarissimi I. C. Lazarii Bayfi,

**C** de re nauali, qui multa de hac materia collegit lectu dignissima. Plura etiam habet  
Lilius Gregorius Gyraldus in libro de Nauigiis, ex quibus ego hæc desumpsi:  
qui prolixiorum omnium explicationem, eorum etiam, quæ nos omisimus, deside-  
rant, eosdem, de quibus dixi, libros consulant, & diligenter legant suædo.

De congressu vel confictu naualium nihil dicam. Petantur eorum descriptions ex  
Liui, Plutareho, Polybio, Cælare, & aliis. Atque de re nauali hactenus. Iam reliqua  
quæ ad militiam pertinent, sequuntur.

### De animaduersione in deuictos hostes.

#### CAPVT. XXI.

**D** Vomono bella in dixerint Romani, quæ ratione foedera percusscripti, qui  
magistratus militares, qui militum ordines, quæ eorum arma, quomodo  
acies instructæ, vrbes oppugnatæ, & naues apparatae fuerint, hactenus dixi-  
mus: rellat, ut etiam de animaduersione in deuictos hostes, & milites etiam minus  
alacriter suum facientes officium de strenuorum item militum, & ipsorum victori-  
um præmiis quædant affersamus.

Nam & hæc ad Romanam militiam pertinent, & ab eius explicatione nullo modo  
separari possunt. De animaduersione igitur in deuictos hostes hoc caput agemus.

**E** Magnam clementiam Romanorum a Romulo usque in deuictos hostes insuisse,  
præter alios Dionysius Halicarnassus testatur, cum libro secundo scribit: Romu-  
lum Regem vetusse paberes omnes in bello, capitis vribus, nec haraut sub hasta ve-  
nundari, nec agros eorum relinqui compascuos: sed in partem agri sorte dividendi  
colonos Romanos mitti voluisse, non nullos vero admisisse in ius ciuitatis.

Hæc Dionysius. Quod tamen non semper & ubique est obseruatum. Legimus enim  
in Liui & aliis plurimis, hostes deuictos non tantum partem agri non unquam mul-  
tatos, aut colonias eò deductas: verum etiam vrbes sive oppida eorum direpta, aut  
iuris Römant facta, interdum pro suo in vrbem Romanum merito, aliquo tute in  
iure donata esse, unde hæc diuisio ciuitatum Italiz, potissimum existit.

**F** Colonia, alia municipia, alia Praefecturæ, alia Fora, alia foederatae ciuitates, de qui-  
bus, quod ius singularium fuerit, & quomodo interfici distinctæ, capite proxime, se-  
quenti dicemus.

Integras regiones deuictæ in Provincia formam redigebatur, & à populo Roma-  
no, missis in eas Praesidibus gubernabantur. Quod si ipsi hostes traditis armis dedi-

tionem facerent, sub iugum mittebantur, de quo more Dionysius libro tertio ita scribit: Est Romanis mos, quoque hostes traditis armis deditio[n]em faciunt duo tigra recta humi defigere, h[ab]e[re]nter teritum transuersum superimponere, & sub eo capiato transmittere, moxque dimittere libros. Hoc ipsi iugum vocant. Festus: iugū, sub quo victi transibant hoc modo siebat: fixis duabus hastis super eas ligabatur tercia: sub iis victos discinctos transire cogabant. Et post: Sub iugum mitti dicuntur hostes victi, ereptis omnibus armis, talisque cum hastis defixis duabus in terra, terriaque ad summum earum deligata, ipsi eam iubentur subeuntes transire.

Qui vero se non dederent, sed caperentur, iij vel alia afficiebantur pena, vel sub corona venabant. de quo more Festus: Sub Corona venire dicuntur, quia captiui, coronati solent venire. Agellius lib. 7. capite 4. Antiquitus mancipia iure belli capita, coronis induitis veniebant, & sic circa dicebantur sub coronis venire: quia corona signum erat captiuorum venalium.

Est autem & alia rationis huius opinio, cur dici solitum sit captiuos sub corona venundari: quod milites, custodia causa captiuorum venalium greges circumstarent, eaque circumstatio militum Corona appellata sic. Sed id magis verum esse, quod supra dixi, Cato quoque in libro, quem composuit de re militari, docet. Verba sunt haec Catonis: Ut populus sua opera potius ob rem benè gestam coronatus supplicatum erat, quam re gesta coronatus veneat. Hactenus Agellius. De ciuitatum Italiam differentia sue diuisione, & iure, que ipsa ex bellis iure nata sunt, item de Provinciis dicemus capitibus.

*Quid sint Coloniae, Municipia, Praefecturae, Fora, &c que interea differentia. Item quid sit Provincia.*

## CAPUT XXII.

**C**OLONIAE oppida fuerunt, quo populus Romanus ciues suos ad incolendum deduxit. Coloniatorum duo genera fuerunt, Quædam enim ciuum Romanorum, quædam Latinæ Coloniæ erant. Coloniae Romanæ, sive ciuum Romanorum fuerunt, quæ donata sunt iure Quiritum, hoc est, quæ ius priuatum ciuum Romanorum habuerunt, quod consistebat in iure priuata liberatis, connubiorum, iure patrio, iure legitimi dominij, ut hereditatis, mancipij, & nexus, usucaptionis, & reliquorum, item in iure testamentorum & tutelarum. Iuræ vero publicæ ciuitatis Romanæ non habebant. Quare qui eò adscripti Coloniæ erant, nomine quidam erant ciues Romani, re vero Coloniæ.

Latinæ Coloniæ era[n]t, quæ ius habebant Latij, sive Latiniratis, quod in eo consistebat, ut suffragiorum potestatem, magistratu permittente, haberent: & si in Latina ciuitate, aut Latij iure donata, magistratum gessissent, ciues Romani vi fierent. Velleius Paterculus libro 1. alia duo Coloniatorum genera constituit, vnum earum, E quæ Sénatus iussu deductæ sunt, & de quibus iam diximus; quod ipsæ fuerint, aut Romanæ aut Latinæ: alterum earum, quæ militares dicebantur, quæque circa deduci solebant, ut veterani milites præliorum diuturnitate, fessi præmium aliquod aliquando caperent suorum laborum.

Municipium oppidum erat iure ciuum Romanorum donatum. Festus: Municipium id genus hominum dicitur, qui, cum Romani venissent, neque ciues Romani essent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungendum, vna cum Romanis ciuib[us], præterquam de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo, si ut fuerint fundati. Formiani, Cumani, Accrani, Lanuuni, Tuleulanii, qui post aliquot annos ciues Romani effecti sunt.

Alio modo, cum id genus hominum definitur, quorum ciuitas univera in ciuitatem Romanam venit: ut Aricini, Cærites, Anagnini, &c.

Municipiorum, sicut & Coloniatorum genera erant duo. Aliis enim ciuitas Romanacum suffragio, aliis sine suffragio communicata erat. Suffragium autem pro optimo

A optimo iure ciuitatis veteres scriptores acceperunt: nec temp̄, quia nec suffragium est sive tribu, & qui suffragij ius habet, ferē magistratus etiam habet.

Primum municipium genus his verbis depinxit Agellius libro 16. cap. 13. cum dixit, Municipes esse ciues Romanos ex Municipiis, suo iure, & legibus suis videntes, muneris tātum cum populo Romano honorarij participes, à quo munere capessendo appellatos videri, nullis alias necessitatibus, neq; villa populi Romani lege astriktos, cūm nunquam populus eorum fudus factus esset. Primos autem municipes sine suffragij iure Cærites esse factos, concessumque illis, ut ciuitatis Romanæ honorem quidem caperent, sed negotiis tamen, atque honoribus vacarent, pro faciis bello Gallico receptis, custoditique.

B Hinc tabulas Cærites appellatas versa vice, in quas Censores referri iubebant, quos notæ causæ suffragiis priuabant. Quibus ex verbis perspicuum est, hoc genus Municipiorum neque ius Quiritum habuisse, neque alias populi Romani leges obseruasse, caruisse etiam suffragio, & negotiis, atque oneribus ciuiilibus vocasse, & munieris tantum honorarij cum populo Romano fuisse participes: hoc est, tantum honoris causa in ciuitatem Romanam venisse, & gradum aliquam dignitatis consecutus esse, vt & ciues Romani dicerentur, & in legione, tanquam ciues Romani, non in auxilijs, vt socij, militarent. Vnde etiam Festus: Municipes erant, qui ex aliis ciuitatibus Romam venissent, quibus non licebat magistratum capere, sed tantum munieris partem. At Seruius Silius aiebat, initio fuisse, qui ea conditione ciues Romani fuisse, vt Rem publicam semper à populo Romano haberent, Cumanos videlicet, Accrannos, Atellanos, qui æquè ciues Romani erant, & in legione mererent, sed dignitates non capiebant, & quæ sequuntur, paulò antè à nobis citata.

Alterum genus municipū fuit, quibus cum suffragij latrone ciuitas est data, quod intellexit idem Festus, cūm ait: Altero modo municipū dicitur, cūm id genus hominum deficitur, quorū ciuitas vniuersa in ciuitatem Romanam venerunt, vt Arcini, & Anagnini. Sicuti igitur prioris generis municipū, quibus suffragium non dabatur, sua leges permittebantur: ita posterioris generis municipes, quia suffragio ornabantur, suis legibus spoliabantur, Romanis vero obstringebantur. Atque vt breuiter dicam, omnia iura hi habebant, quæ ciues Romani, domicilijs iure excepto.

Quid inter Colonias & municipia intersit. quāmuis ex iis, quæ dicta sunt, facile intelligatur, non tamen pīgebit id ipsum etiam verbis Agellij lib. 16. c. 13. explicare: qui cūm de Municipib⁹ dixisset, eos esse ciues Romanos ex Municipiis, suo iure & legibus videntes &c. quæ verba nos paulò antè recitauimus, subiungit tandem: Sed Coloniarum alia necessitas est. Non enim veniunt extrinsecus in ciuitatem, nec suis radicibus nituntur, sed ex ciuitate quasi propagatae sunt, & iura institutaque omnia populi Romani, non sui arbitrij habent. Quæ tamen conditio, quum sit magis obnoxia, & minus libera, potior tamen, & præstabilior existimatur, propter amplitudinem, maiestatemque populi Romani, cuius ista Coloniae E quasi effigies paruæ, simulacraque esse videantur: & simul quia obscura, oblitteratae sunt municipiorum iura, quibus vti iam per ignorantiam non queunt. Haec tenet Agellius.

Inter omnes Italicas ciuitates Praefectorum conditio fuit, ac fortuna, durissima. Sic enim à maioribus erat traditum, ut quæ ciuitates iniquæ, ingratæve, erga populum Romanum fuissent, ac fidem datum fenele, atque iterum f. fellissent, ubi in potestatem, ditionemque essent adductæ, in Praefectoria formulam referrentur. Formula vero Profectuæ non longè à Provincia formulæ videtur abs. ille. Ut enim quotannis in Provinciis Praetores Roma mitti soliti, sic in Praefectorias p̄f. eti qui eas administrarent, ac ius dicerent vnde illæ quoque insigne hoc P̄f. etiæ non f. men hauserunt. De Praefectoris ita scribit Festus: P̄f. etiæ ecce appellabantur in Italia, in quibus & ius dicebatur, & nondinæ agebantur, & erat quædam eorum Res publica, neque tamen magistratus suos habebant. In quas legibus P̄f. etiæ mittebantur quotannis, qui ius dicerent, quarum genera fuerunt duo: alterum in quas solebant ire Praefecti, qui auctor viginti sex virum numero, populi suffragio, (sic lo-

lephus Scaliger restituuit) creati erant in hæc oppida, Capuam, Cumas, Cassinutam, A  
Vulturum, Literum, Puteos, Acerras, Sutulam, Atellam, Calatiam: alterum, in  
quæ ibant, quos Prætor urbanus quotannis in quæque loca miserat legibus, ut Fun-  
dos, Formias, Cære, Venafrum, Allifas, Priuernum, Anagninam, Eruisinem, Reate,  
Saturnianam, Nursiam, Arpinum; aliæque complura. Hactenus Festus, ex quibus ma-  
nifestum fit, quænam Præfecturæ fuerint, & quod duo earum genera, quodque à  
Coloniis & Municipiis discernantur. Licuit tamen nonnunquam idem oppidum &  
Præfecturam, & municipium esse. Præfecturam quidem, quatenus eò Præfectus iu-  
risdictionis causa mitteretur, nec in ea magistratus ad ius dicendum crearentur:  
Municipium vero, quatenus iure ciuitatis, vel eum suffragio, vel sine suffragio vte-  
retur. Quemadmodum etiam Coloniæ in ciuitatem adscitam, & Colonia dictam B  
inuenimus, quia forma Republicæ Colonicæ, vtebatur & municipium, quia suffra-  
gij ius Romæ ferendi erat adeptæ, unde illa proœcta sunt in Antonium: Lautissimum  
oppidum, nunc municipium, honestissimorum quondam colonorum Sueslam, for-  
tissimorum militum sanguine replete.

Præter Coloniae, Municipia, & Præfecturas erant etiam ciuitates foederatae, quæ  
si quis volet describere, non poterit commodius, quam si dicat, esse eas oppida, quæ  
neque Coloniae, neque Municipia, neque Præfecturæ essent. Atque hæc ciuitates  
aliquid ex foedera populo Romano debebant, in cæteris liberæ erât, sicutque Rem-  
publicam, suas leges, & suos magistratus habebant. Itaque Senatus, populq; in iis  
oppidis, vein liberis ciuitatibus memoriam vsparsi viderat. Catusse autem fo-  
derata oppida omnia iure ciuitatis Romanæ, illud arguunt est, quod multos ex  
foederatis ciuitatibus nominatim ciuitate donatos legimus. Cæterum foederatarum  
ciuitatum aliquanto vberior, quam aliorum oppidorum, numerus extitit. Si quidem  
omnia Italæ oppida præter Coloniae, Municipia & Præfecturas in hunc numerum  
adscibenda sunt.

Occurrunt etiam frequenter in veterum scriptis hæc duo vocabula, Forum &  
Conciliabulum, de quibus, ut rem breuiter expediem, hoc tenendum: Fora in Italia  
& Provinciis loca fuisse, vbi Prætores conuentum iuriis dicundi causa habuerint. Sic  
enam Nonius Marcellus: Fora loca fuerunt, in quibus ius dicebatur. Et Festus: Forum  
tertio modo intelligitur, cum is, qui Provinciæ præfet, forum agere dicitur, cum ci-  
uitates vocat, & de controvërsiis eorum cognoscit. Significat enim forum agere,  
conuentum in Provincia iuriis dicundi causa habere: Forum indicere significat lo-  
cum iuris dicundi, qui conuentus dicebatur designare.

Conciliabula erant loca nundinationis, quæ Prætores in Provinciis indicere, Ser-  
vicio teste, solebant. Dicebant autem conciliabula, ut tradit Festus, quod eo in con-  
cilium véniretur. Sed & hæc ipsa loca nundinationis causa instituta, fora nuncupati-  
batur, si Festo creditus, cuius hæc sunt verba: Forum sex modis intelligitur. Primo  
negociationis locis, ut Forum Flaminium. Forum Iulium, ab eorum nominibus,  
qui ea fora constituenda curârunt, quod etiam locis priuatis, & in viis, & in agris  
fieri solet, &c. Atque de varia oppidorum Italæ differentia, corumque iure hacte-  
nas: de Provinciis adhuc agendum.

Provinciæ appellantur, inquit Festus, quod populus Romanus eas provincie, id  
est ante vicit. Nomen provinciæ tribus modis accipit, primùm pro regione, quam  
aut amicis deuictam, aut quoconque modo in potestatem adductam, populus Roma-  
nus magistratu suo administrandam subiectit: secundò, pro quoconque publii mu-  
neris procurazione. Nos hæc de prima significatione dicemus, quia Provincia re-  
gio fuit, quem tum vestigia populo Romano pependit, tum magistratu populi  
Romani ex foederis lege obtemperauit, exceptis ciuitatibus iis, quæ propter meri-  
ta sua, aut immunitate, aut libertate donatae, atque in amicorum formulas rela-  
tae essent. Cum enim unius regionis populi ac ciuitates non eodem modo se aduer-  
sus populum Romanum gessissent omnes, propterea neque eodem: omnes pacto  
tratatæ sunt, verum pro suis cuiusque meritis leges accepserunt. Quo factum est,  
aliæ ciuitates vestigiales, aliæ immunes relictæ, aliæ seruitute, aliæ libertate af-  
fectæ.

A fectæ sicut. Vectigales dictæ, quibus vectigal aliquod impositum est: immunes, quibus nullum. Seruitute affectæ, quas magistratu Romano parere voluerunt: libertate, quas magistratus Romani iurisdictione soluerunt. Vectigal porr̄d ipsum aut certum fuit, aut incertum. Certum, definita ferè stipendij summa, & hoc tributum, sive stipendum, & qui hoc pepererunt, tributarij, sive stipendarij nominati sunt, incertum quod portibus rebūsque venalibus pascuis, agrisque constitutum est, quod portorium, scriptura: & decuma dictum est. Tributum autem duplex fuit, vnum pecunia ordinarium, quod in caput, atque in solum impositum, quotannis exigebarat: alterum extraordinarium, quod aut ex lege, aut Senatusconsulto pro vnu prouinciaz aliquando imperabatur, veluti cum naues, nautas,

B milites, ac sumptum in eos dare prouinciaz iubebantur. Portorium autem fuit vectigal, quod ex importatione & exportatione rerum venalium capiebatur: Scriptura, quod ex pactione pascuorum publicorum: Decuma, quod ex agris, qui frumenti decumam, sive quamvis aliam partem darent. Frumenti vero, quod ex prouinciaz extrahebatur, tria genera extiterunt: decumanum, emptum & aestimatum. Decumanum erat decuma, quam quisque arator sine pretio dare cogebatur: quæ summa pro copia, inopiate frumenti in singulos annos erat incertæ: eaque aut Romæ à Censoribus, aut in prouinciaz à magistratu Romano vendebatur Publicanis, qui ex eo Decumani dicebantur, ut pro ea certam pecuniam populo Romano representerent. Emptum, summa altera, quam aratores vendere, accepto ex Senatusconsulto pretio, cogebantur, quod frumentum Romanum ad aleandum populum à magistratu Romano mittebatur. Aestimatum summanum alia, quam aestimabat magistratus in cellam suam, in vsum familiaz suæ, cum interdum pro frumento pecuniam acciperet. Quin etiam, emptum duplex fuit, vnum decumanum, quod ex alteris item decumis pretio persoluto aliquando accipiebantur: alterum imperatum, quod præter duas decumas æqualiter omnibus ciuitatibus, pretio item soluto imperabatur, quemadmodum perspicue ex frumentaria cognoscitur. Nam fuisse etiam quoddam, quod honorarium dicetur, Cicero in Pisonem ostendit, cum dixit: Qui modus tibi fuit frumenti aestimati, qui honorarij? si quidem potest, vt & metu extortum honorarium

D nominari. Seruitus autem, quam dixi, ciuitatum, tota in eo posita fuit, vt legibus & magistratibus Romanis obtemperarent. Quæ de causa in singulis prouinciaz diversæ dicebæ, sive diversi conuentus ad diversa fora constituebantur, eisque suæ cuique ciuitates attribuebantur, quæ eò iuris à magistratu Romano possendi causa conuenirent.

Vt autem earum ciuitatum, quæ seruitute oppressæ sunt, stipendiariæ propriæ dictæ, quæ aliquid populo Romano pepererunt: immunes, quæ nihil: sic earum, quæ libertate donataæ sunt, fœderataæ præcipue appellataæ, quæ aliquid ex fœdere debuerunt: liberæ, quæ omnino nihil. Huius autem totius beneficij, atque honoris arbitrium ab inicio penes Senatum fuit vniuersum. Is enim acceptis ab Imperatore

E de superatis hostibus, & regione in potestatem adducta literis, secum de mulcta, ac primis eorum, qui vecti essent, consultauit, ac quid sibi fieri placaret, Imperatorem admonuit, decem aut quinque legatis Senatoribus ad eum missis, vt ex eorum sententia de hostibus & eorum regione statuererit. Quibus mandatis acceptis, Imperator aut ex certa Senatus, si ita perscriptum fuerat, voluntate, aut de communi decem Legatorum sententia viatis gentibus aut ignouit, aut in prouinciaz formam rediget. Ignouisse dictus est, cum liberos reliquit, ac suis vti legibus, suosque creare more patrio magistratus permisit: in prouinciaz formam redigere, cum ademptis, aut immutatis legibus eos omnino magistratu Romano quotannis ab urbe mittendo subiecit, ac vectigalia, conuentusque constituit. Quo in genere illud humanitatis adhibuit, vt non omnes eiusdem prouinciaz ciuitates eodem modo tractaret, verum pro cuiusque meritis, aut majoribus, aut minoribus commodiis ac detrimentis afficeret. Quæ vero cum de vniuersa regione, tum de singulis ciuitatibus, populisque constituta erant, ea in concione silentio ante pet præconem facta Imperator ferè præconi pronuncianda mandabat, ac postremo Romanum reliete

reliquo aliquo Praefecto Prouincię decedebat. Hæc in genere de Prouinciis, & quo modo ex confecta sit. De differentiis, atque administratione earum & suprà diximus, & paulò post quædam reperemus.

## De ratione deducendarum Coloniarum.

### CAPVT XXIII.



VOMODO Colonię fuerint deductę, explicauimus suprà, cùm de Triumuitis, Quinqueuiris, Septemuiris, &c. earum deducendarum ageremus. Quid verò impedit ea loco iisdem penè verbis, quę ex Caroli Sigonij doctissimis Commentariis tum descripsimus, repetere, quędama eriam, quę omissa ibi sunt, addere: Causę cur Colonii deducerentur, sex potissimum fūrūt: vna, vt priores populi, qui cùm locum, in quem colonia deducebatur, inhabitarant, coēcerentur: altera, vt hostium incursiones, reprimerentur: tertia, vt stirps Romana augeretur: quarta, vt plebs urbana, exhausta, restaret: quinta, vt seditiones Romanę à plebe motę, sedarentur: sexta, vt prēmis milites veterani afficerentur. Quacunque igitur de causa deducerentur, Senatus consulo opus fuit, aut rogatione aliqua populari, quorum utrumque uno legi nomine comprehenditur, quę lex Agraria appellata est. Hec & agrum definiuit, qui esset diuidēdus, & quibus, ac quām multis hominibus, & per quos, & quomodo, & quibus limitibus esset diuidendus, prescriptis. Cùm itaq; de colonia deducenda ad Senatum aut populum relatum esset, tum ij, qui agri cupiditate tenebantur, nomina Coloniam dabant. Qydd si aut plures, aut pauciores, quām lege prescriptum erat, nomina in Coloniam essent professi, tum ad sortem confugiebant, vt ex omnibus educerentur, qui agro accepto exirent. Numerus autem Colonorum pro agri amplitudine in quem deducebantur, scribebatur: quo factum est, vt modò bina, modò terna, modò quaterna millia, atque amplius scriberentur. Deducabantur autem à Triumuitis, vel Quinqueuiris, vel Septemuiris, vel Decemuiris, vel Vigintiuiris, qui ob hoc creati erant, vt libro 6. diximus, sub vexillo, quasi exercitus aliquis. Dux autem deductionis aliquis ē Curatoribus agrariis erat. Signa cohortium quæ fuerint ex antiquis numinis cognoscitur. Vbi verò Colonos in agris, quo deducendi erant, collocarunt, tum arato vibem, & agrum circum scribabant: quo facto, agri diuisio- nē, ac suæ cuique partis assignationem aggrediebantur. Quæ omnia pluribus explicat, & veterum scriptorum testimoniiis probat Carolus Siginus libro 2. de Antiquo iure Italiz, cap. 2. ex quo hæc sumus mutuati.

## De Republica Coloniarum, Municipiorum, Praefeturarum, Prouinciarum. CAPVT XXIV.

**P**OTERAM hinc ad alia transire, nisi mihi Rerum publicarum, quæ in Colonis, Municipiis, Praefeturis, &c. fuerunt, descriptio videretur: maximopè esset necessaria: quam, ne in his libris desideraretur, hoc loco infere volui, quod vt benevolus lector benignè interpretetur, & boni meum studium consultat, vehementer etiam atque etiam rogo. Desumemus autem & hanc, rerum explicationem ex doctissimis, doctissimi Siginij Commentariis, qui libro 2. de Antiquo iure Italiz, ista omnia luculenter & eruditè exponit. Ac de Colonis primū.

**C O L O N I A R V M** Respublica in legibus, & legum curatoribus posita est. Leges vel à populo Romano accepterunt, vel ipsæ sibi per Senatum, aut populum considerunt: Legum curatores aut magistratus, aut sacerdotes fuerunt: humanarum illi, hi diuinarum. Leges autem suas quæque Colonia habuit præcipuas, à Romanis quidem legibus separatas, sed tamen à Romanis Triumuitis, qui Coloniam deduxerant, datas. Et præter eas, alias à Coloniz concilio, hoc est, Senatu, populōque suo lata,

**A** Iatas. Senatores in Coloniis, ut etiam in Municipiis Decuriones vocabantur, cam ob causam, quod Pomponio I. C. auctore, decima pars eorum, qui deducerentur, publici consilij gratia sit solita conscribi. Quorum numerus an in omnibus Coloniis idem fuerit, certo sciri non potest. Hoc quidem ex Plinio iuniore satis constat in iis legendis non aliter, atque in Senatori: Romano obseruatum esse censum, qui fuerit centum milium Magistratus Coloniarum praecipui erant Duumviri, Censores, Aediles, & Questores. Duumviratus Magistratus erat annius, propemodum potestate Consulari, aut certe Praetoria apud Romanos aequalis: quorum nomina in antiquis Lapidibus, & numismatibus extant. Imo & iterati Duumviratus, ut apud Romanos consulatus nota. Quos tamen in aliquot Coloniis, quarum memoria ad B nostram usque attatem propagata est, Triumviro quoque fuisse in Colonia Auxi- mate, & Signina, ex lapidibus veterum constat, eosque I. D. hoc est Iuris dicundi causa cognomentum ex officio habuisse, probabile est. Censores etiam in Coloniis fuisse, inique iis Censum egisse perindeaque Romani Censores Romae, ex Liuio: ut itidem Aediles & Questores ex marmoribus antiquis constat. Et hos Magistratus in Coloniis praetexta vlos fuisse idem auctor procedit.

Sacerdotes porro, ut Augeres, & Pontifices in Coloniis cooptatos, Ciceronis Agraria testatur. An vero certus numerus sacerdotum fuerit, an vero pro Colonia magnitudine variauerit, parum explorata apud antiquos memoria est. Fuere & Praefecti in Coloniis, & praefecti Iuri dicudo, ut tum ex numismatibus antiquis, tum C ex antiquo Fastorum Municipalium fragmento, quod Hubertus Goltzius Augusto suo attexuit, constat. Praeter eos, quos modo recensuimus, Magistratus, etiam Patroni Coloniatum fuerunt: ita Bononienses in Antoniorum clientela fuisse prodit Suetonius, ut puteolanos in Cassiorum, Cicero testatur, & eorundem varia am- plaque in veteribus marmoribus mentio extat.

**M V N I C I P I O R V M** Respublica qua fuerit, difficile est dicere. Vniuersum autem genus temperatum est ex omnibus propè Rebus publicis, & penè Romanæ simile videtur fuisse. Ordines in Municipiis, quemadmodum Romæ, fuerunt tres, Decuriones, Equites, & plebs. Consilia publica duo, Senatus & populi: Magistra- tus, Dictator, Duumviri, Quatuorviri, Censores, Aediles, & Questores. Sacer- D dores, Flamines Municipiorum. Decuriones iidem erant, qui Romæ Senatores, in quibus legendis sumimam curam adhibitam fuisse, vel solus Cicero docet in epistola quadam ad Leptam lib. 6. vii scribit, eos qui praecionum facerent, vetari esse in Decurionibus: qui fecissent, non vetari. Ex decurionum autem ordine Decemviri legebantur, qui, ut scriptum est apud Hermogenianum, tributorum exactioni ita praeerant, ut si quid detrimenta fiscus mortuorum causa contraheret, ipsi suis sum- pribus resarcirent. De Magistratibus res manifesta est, scribit enim Spartianus, Imperatorem Hadrianum per Larina oppida Dictatorem, & Aedilem, & Duamviritum fuisse. Quatuorvirus & Duumviratus annuus magistratus erat, Aediles, & Questores iidem in municipiis erant, qui in Coloniis. Atque his quidem magistratibus, E ut in Coloniis, item in municipiis utri praetextis permisum, inquit Valerius aduersus Catonem differens de lege Oppia abroganda apud Liuum. Equitum Romanorum celeberrimum ordinem in municipiis fuisse, ex Cicerone patet, qui in Cluentiana equitem Romanum quandam in municipio suo nobilem commemoravit. Iam populi sue plebis sumimum ius erat in legibus ferendis, & magistratibus municipalibus creandis, cuius rei apud Ciceronem in libris de Legibus, in oratione pro Cluen- tio, & in Epistolis testimonia aliquot extant. Ergo cum corpus quoddam esset mu- nicipalis Reipublicæ, etiam unde aleretur, & sumptus in Republica necessarij su- stinerentur, vestigali publico opus fuit, cuiusmodi municipes Attellanos & Arpina- tes habuiffe, Cicero in epistola ad Cluuiam, item ad Brutum meminit.

**F** In PRÆFECTIVRIS etiam tres ordines fuerunt, Summus, medius & infe- mus. Summus orto conuentus dicebatur, medius Equitum erat, tertius populi sue plebis. Magistratus erant duplices. Alij enim Roma eò mittebantur, alij è Praefectura creabantur. Roma mittebantur, qui ius dicturi essent, quos Praefectos appellabunt: creabantur, qui publicæ curationi alicui præfessent, ut Aediles, & Questores.

Ac Praefectos quidem Eestus Quatuoruiros, aut Sexueros dictos tradit. Qui fortasse Aij sunt, qui à Cicerone libro tertio de Natura Deorum dicuntur Sexprimi: an potius hi Sexprimi in Praefecturis, Decempromis Municipalibus respondebant. Ædilem autem ad publica vrbis loca sarta, recta tuenda, & Questorem ad pecuniam Praefectorum publicam curandam, in Praefecturis esse creatum, verosimile est.

**F O E D E R A T A R V M C I V I T A T V M** Respublica in legibus & magistratis confitebat. Quales vero leges, qualisque magistratus singula ciuitates foederatae habuerint, incertum est. Aliarum tamen alias leges, aliosque magistratus, pro rerum, ac temporum ratione, & cuiusque Reipublicæ genere fuisse, non est difficile intelligere. Nam Tusculi Dictator, & Consul, antequam Tusculani in ciuitatem reciperentur, fuisse traditur. Narrat etiam Liuius Capua, antequam deficeret, sumnum Magistratum Mediastricum (pro quo tamen Iustus Lipsius in Epistolis Quæstionibus libro primo, epistola decima, Medixtuthicus legit fuisse alioque loco Prætorem Capua Marium Blosium profitetur. Idem alibi etiam Prænestinum Prætorem, quo nomine fortasse in bello Præfectum appellârunt, commemorat. Habiisse easdem & Censores, & Ædiles, atque Questores, ex Liuio, & Strabone inteligitur. Caruerunt autem foederata oppida omnia iure ciuitatis Romane. Quare multos ex foederatis ciuitatibus nominatim ciuitate donatos passim legimus.

De Foris & Conciliabulis quid præter superiora dicam non habeo.

**P R O V I N C I I S** primum prepositi sunt Prætores, qui & ius Prouincialibus dicerent, &c., si res cogeret, bellum administrarent. Itaque Prætorum numerus ob id creuit, quia Prouinciarum numerus creuit. Cum enim iam tum duo Prætores essent, unus qui inter ciues alter, qui inter ciues & peregrinos ius diceret, ac prouincie duæ essent, Sicilia atque Sardinia institutæ: visum est faciendum, ut Prætores alij in eas duo adiicerentur. Inde duabus ad Imperium adiunctis Hispaniis, totidem alij accesserunt, qui quaterni quaternas in singulos annos Prouincias gubernarent. Quoniam vero in ipsis Prouinciis sèpè tumultus ac bella grauiora excitabantur, qua bella iam inde ab initio geri per Consules erant solita, hinc etiam Prouinciae Consulibus ordine sunt commissæ. Quare duo potissimum ordinarij fuerunt Prouinciarum rectores: Prætores, qui in Prætura: & Consules, qui grauiore vrgente bello, in Consulatu Prouinciis præfuerunt. Qui si protogato post Prætaram aut Consularum imperio, in Prouinciis remansissent, Proprætores sunt, ac Proconsules appellati. Post annum vero vrbis 1cc. noua Prouinciarum est ordinatio instituta, ita ut Prætores ex Prætura, quam in vrbe gesserant, Consules ex Consulatu in provincias mitterentur, qui & ipsi Proprietores, & proconsules dicebatur. Hi vero Questores sibi adiunctos habebant, & alios magistratus militares. Sub Imperatoribus Prouincie ita ordinabantur, ut aliæ essent populi, quas Proconsules à populo vel potius à Senatu missi: aliæ Imperatorum, quas Proprietores ab Imperatoribus designati administrabant, de quibus magistratis omnibus, & ratione administrandi prouincias satis, supérque diximus libro septimo. Iam ad militiam reuertamur, atq; videbimus qua ratione in milites obedientiam detrectantes, aut parùm strenue rem gerentes sit animaduersum.

### *De animaduersione Romanorum in milites obedientiam detrectantes, aut delinquentes.*

#### C A P. X X V.

**N**ON in hostes tantum, sed & in proprios milites Romani grauiter animaduerrebant: quietiam in cohortes, & legiones, si quid delinquissent, exemplo ad disciplinam conseruandam maximè necessario: quæ animaduersiones duplices erant, pro cuiusque delicti ratione; aliæ scilicet leniores, aliæ vero

**A** verò acerbiores. Non enim, vt in vrbe lex Procia ciues Romanos à magistris virgis & securibus: sic etiam in castris vindicanit. Aliam enim disciplinam militarem esse voluerunt, aliam urbanam. itemque alium ad parentum terrorem exercitui, alium populo esse propositum: siquidem ab Imperatoris Imperio villa erat prouocatio. Lenis autem animaduersio fuit, quæ ignominiam tantum inussit: vt ignominiose dimitti, stipendio legitimo spoliari, hastam dare, rendendi locum mutare, extra oppidum hibernare, cibum stante incapere, fossam fodere, disiectum destitui, hordeo pasci, sanguinem mitti Grauior, quæ detrimentum intulit, vt virgis cædi, venire, fuste, & securi percuti, decimari, in cruce tolli, quarum omnium exempla, quām maximè idonea referemus. De igno-

**B** miniosa dimissione exemplum est apud Hirrium bello Africo: Cæsar de suggestu conuocatis omnium legionum Tribunis, Centurionib[us]que, C. Atiene, inquit, quod in Italia milites populi Romani contra Rempublicam instigasti, rapinásque per municipia fecisti, ignominia causa ab exercitu meo te remoueo. De fraudatione stipendij satis notum est. Hinc enim ære diruti appellabantur, teste No-  
nio, milites, quibus propter ignominiam stipendum, id est, merces menstrua-  
lis, aut annua, quæ esset in nummis æris, subtrahebatur. Vnde Varro de Vi-  
ta populi Romani: Stipendium appellabatur, quod æs militi semestre, aut an-  
num dabatur, cui datum non sit propter ignominiam ære dirutus esset. Et Li-  
uius libro quadragesimo: Causa ignominiaæ, vii semestre stipendium in eum an-

**C** nuum esset, ei legioni decretum. Ære dirutum autem militem ab antiquis dictum tradit Festus, cui stipendium ignominiaæ causa non erat datum, quod æs dirueba-  
tur in fiscum, non in militis sacculum. Et idem alio loco: Resignatum æs dici-  
tur militi, cum ob delictum aliquod iussu Tribuni militum, ne stipendium ei  
detur, in tabulas refertur. De hasta danda idem Festus in hunc modum: Censio  
haftaria dicebatur, cum militi multæ nomine ob delictum militare indicebatur,  
quod hastas daret. De mutando tentorijs loco narrat Polybius libro sexto, quos  
ignominia afficere voluerint, eos extra castra tendere iussos. Vnde apud Liuium  
libro vigesimoquinto Cannenses milites queruntur ita: Nunc deteriore condicio-  
ne sumus, quām apud Patres nostros fuerunt captivi, quippe illis arma tantum,

**D** atque ordo militandi, locisque in quō renderent in castris, est mutatus, quæ ta-  
men semel nauata Reipublicæ opera, & vno felici prelio recuperarunt. De hiber-  
nis Liuius libro vigesimosexto: Additum vrrorumque ignominie in oppidis hi-  
bernarent, néue hiberna propius villam urbem decem milibus passuum edifica-  
rent. De cibo idem Liuius libro vigesimoquarto: Nomina eorum, qui detre-  
stæte pugnæ memores secessionem paulò antè fecerunt, referri ad me iubebo: ci-  
tatōsque singulos iurciurando adigam, nisi quibus moribus causa erit, non ali-  
ter, quām itantes cibum, porrūmque, quoad stipendia facient, capturos esse. De  
fodiendo auctor est Plutarchus in Lucullo, antiquum militaris ignominia genus  
fuisse, vt tuacis interioribus solustis fossam fodere inspectante reliquo exercitu

**E** cogerentur. De reliquis Liuius libro vigesimoquinto: Cohortibus, quæ signa  
amiserant, hordeum dari iussit, Centurionēque manipulorum, quorum signa  
amissa fuerant districtis gladiis discinctos destituit. Hordeum item pro tritico ig-  
nominiæ causa darum narrat Polybius. De discingendis militibus, quo adimebatur  
iis militare cingulum, Suetonius in Augusto capite vigesimoquarto. Frotinus libro  
quarto Stratagemarum, capite primo: & Barnabas Brissonius libro secundo Selectarum  
ex iure civili antiquitatum, capite septimo. De mittendo autem sanguine sic  
Agellius libro decimo, capite octavo: Fuit hęc quoque antiquitus militaris animad-  
uersio ubere ignominiaæ causa militi venam solui, & sanguinem dimitti. Cuius rei  
ratio in literis veteribus quas equidem inuenire potui, non exrat. Sed opinor hoc fa-

**F**atum primitus in militibus stupentis animi, atque à naturali habitu declinantis, vt  
non tam poena, quām medicina videbatur. Postea tamen ob pleraque alia delicta  
idem factitatum esse credo per consuetudinem, quasi minus sani viderentur omnes,  
qui delinquenter. Quocirca scriptum est etiam apud Frontinum M. Catonem me-  
moriam prodidisse, in furto deprehensis inter commilitones dextræ esse præcisata;

silentiis animaduertere voluerint, Principi sanguinem missum. M. Antonius M<sup>A</sup>retus libro decimo tertio Variarum lectionum capite vigesimo, aliam huius moris causa afferit: cum ait putare se, itcirco id factum esse, ut sanguinem, quem cum gloria fundere pro patria noluerint, eum ignominia amitterent.

De grauioribus animaduersionibus haec erunt documenta. Liuus de Scipione disciplinam militarem ad Numantiam corrigente: Quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus: si extraneus, fustibus cæcidi & alibi: Pub. Nasica & D. Bruto Consulibus, delectum habeantibus, in conspectu tironum res saluberrimi exempli facta est. Nam Caius Matienus accusatus est apud Tribunos plebis, quod exercitum in Hispania deseruerat, damnatusque sub furca diu virgin cæsus est, & festiatio nummo venit. Et Cicero tercia Philippica: Si consul ille: fu<sup>B</sup> stuarium meruerunt legiones, quæ Consulem reliquerunt. Fuste autem cædebanter, auctore Polybio libro sexto hoc pacto: Accepto fuste Triibunus vix tanquam attingebat damnatum, quod ubi factum erat, omnes, qui in castris erant, cædentes fustibus, lapidibusque, plerosque in ipsis castris conficiebant, at si qui evassissent, ne sic quidem seruari poterant. Quippe quibus neque in patriam redire liceret, neque à propinquis domum recipi possent. Haec poena infligebatur custodibus, sive vigilibus in militia, qui tesseras non reddidissent, aut dormiuerint, aut locum vigilie deseruerint: item tergiductoribus & Prafectis alæ, qui negligenter vigilias curassent, aut tesseras non propagassent. Fuste etiam cædebar, qui furto sustulisset quippiam è castris, nec non qui falsum testimonium dedisset: & si quis flore aratis abutens deprehensus esset. Ad haec, qui ter ob idem crimen multatus esset. In haec tanquam crimina animaduertebant. Probro autem ducunt, inquit Polybius, ignauie ad scribentes militi delicta huiusmodi, si qui strenue se gessisse falso retulerint ad Tribunos honoris causa adipiscendi: itidem, si qui in Praesidio depositi, perculsi metu darum ipsis locum deseruerint, similiter si quis telum aliquod ob meum abiecisset, in ipso confictu: proinde nonnulli in Praesidiis manifeste perituri, multiplici manu circumuenti, locum semel datum deserere nolunt, pœnam metuentes delicto competentem. Alij in ipso periculo excuso clypeo, aut ense, aut alio quopiam eiusmodi telo, temere irruunt in hostes: aut in potestate habituros se sperantes, quæ perdiderint: aut aliquid per pessos manifestum opprobrium deuitatos, conuiciaque suorum. Quod si aliquando haec eadem circa plures fieri contigerit, & signa aliqua cunctim persuasione ducta locum deseruerint, omnes fuste cædere aut interficere non opprobrant, sed rei solutionem inuenient utilem pariter, terribilèmque. Quippe contuocato exercitu, Triibunus productos in medium desertores accusat, inuenitque acerbè, denique quinque aut octo, interdum etiam viginti: atque in totum ratione habita multitudinis, vi decima ad summum existat pars delinquentium, hos ex omoibus illis qui timide se gesserint, sorte eximit, & fuste cædit, ut suprà dictum est, nulla deprecatione admissa, reliquos, hordeo eis pro tritico demenso, extra vallum munimentaque tendere iuber. Ergo periculo ac sortis formidine æquè omnibus imminente, quandoquidem casus in incerto sit, exemplo autem dati hordei ad omnes pertinente, id quod est receptum consuetudine, facit insuper ad terorem, correctionemque delictorum, Haec tenus Polybius.

Antiquissimum decimationis exemplum extat apud Linium, ab Appio Claudio Consule, ferociissimi ingenij viro, incertum, an primū editum, non multis post Reges exactos annis. Verba Liuij libro secundo sunt haec: Appius Claudius Consul aduocata concione inuestus haud falso in proditionem exercitum militaris disciplinæ, desertorem signorum, ubi signa, ubi arma essent, singulos rogitans, inermes milites, signo amissò signiferos, ad hoc Centuriones, duplicitatorumque qui reliquerant ordines, virgis cælos securi percussit, ex era multitudine decimus. Equisque ad supplicium lecti. Rationem autem huius exequendi imperii præter Polybium, cuius verba ex libro sexto modo recitauimus, etiam Liuus exponit, ubi de Scipione pœnas de sediciose exercitu apud Sucronem repente ita scribit: Praconis audita vox citantis nomina damnatorum in Consilio, nudi in medium protrahe

A trahebantur, & simul omnis apparatus supplicij expromebatur, deligati ad palum, virgisque cæsi, & securi percussi. Cur autem decimatio instituta sit, rationem reddit Cicero elegantissime pro Cluentio: Statuerunt, inquit ita maiores nostri, ut si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduertteretur, vt metus videlicet ad omnes, poena ad paucos perueniret. Nam milles, qui locum non tenuit, qui hostium impetum, vimque pertinuit, potest idem postea & ciuis esse melior, & vir bonus, & ciuis utilis. quare ne in bello propter hostium metum delinqueret, amplior ei morris & supplicij metus est à maioribus constitutus. Ne autem nimium multi pœnam capitii subirent, iecircò illa sortitio comparata est. De Cruce Liuius libro trigesimo: De peisfugis grauius, quam de fugitiis consultum. Nominis Latini, qui crant, securi percussi. Romani in crucem sublati sunt. Atque hæc quidem militarium animaduersionum genera sunt, quæ usque ad extrema etiam penetrasse Reipublicæ tempora, satis idoneus testis est Suetonius, cum inquit de Augusto: Cohortes, si quæ cessissent loco, decimatas hordeo paut. Centuriones statione deserta itidem, vt manipulares, capitali animaduersione puniuit. pro cætero delictorum genere varijs ignorminiis affectit, vt stare per totum diem iubetur ante Prætorium, interdum tunicas discinctosque, nonnunquam cum decempedis, vel etiam cespitem portantes. Tantum Suetonius.

B Atque hæc omnia ad hunc ferè modum colligit Carolus Sigonius libro primo de Antiquo iure ciuium Romanorum, capite decimoquinto, ex quo nos ea descripsimus. Pleraque etiam habet Alexander ab Alexandro Neapolitanus libro 2. Genialium dierum, capite 13.

## De præmiis eorum, qui strenue rem gesserant

### CAP. XXVI.

D **V**T contumacibus, & negligenter officium facientibus pœna, si strenuis & impigre operam suam Reipublicæ commodantibus præmia proposita erant, quali sunt munera militaria, cohortis Prætoria communio, stipendium, præda, & dona Imperatoria. Munera militaria, erant Centurionatus, Praefecturæ, Decurionatus, Optionatus, &c. de quibus Cato in Oratione quam habuit apud Equites: Maiores seorsum, atque diuersum precium parauere, bonis, atque strenuis decurionatus, optionatus, hastas donaticas, aliosque honores. Cohors Prætoria nemini nisi ciui Romano permittebaratur, ex qua, qui suis fæt, in beneficiis ab Imperatore ad æxarium defetebaratur. Stipendium autem pro meritis ipsorum nonnunquam augebatur, nonnunquam minuebatur: quod quale fuerit, & quando militibus dari coepit, cum prius Romani ciues suis qui que sumptibus militarent, paulò ante ex Iusti Lipsi viri clarissimi. Electorum libro docuimus. Præda ex hostibus capita, partim ab Imperatore in publicam referebatur, partim militibus donabatur. Quinetiam laper numero euenit, vt Imperatoribus ipsis ob eam aut malignè diuisa, aut alio modo interceptam, dies ad populum diceretur. Dona militaria erant, qui militibus singulis virtutis ergo ab Imperatore triumphatu dabantur, vt coronæ, quarum multa erant genera, ciuiæ, militares, obsidianæ, castrenses aureæ, rostræ: vt torqueæ, armillæ, hastæ puræ, phaleræ, cornicula, & cætera generis eiusmodi. Erant etiam, quæ vniuersit, vt pecunia. De coronis dicemus capite sequenti.

E Memorabile est, quod ex veteribus Annalibus refert Agellius libro secundo, capite undecimo, de L. Sicinio Dentato, qui vixit ante Decemviro. Sic enim scribit: L. Sicinius Dentatus, pugnasse in hostem dicitur centum, & viginti præliis, cicatricem auersam nullam, aduersas quinque, & quadraginta tulisse. Coronis esse donatum aureis octo, obsidianali una: matalibus tribus, ciinicis quatuorde-

cim, torquibus tribus, & octaginta, armillis plus centum sexagiata, hastis duos deuiginti. Phaleris item donatus est quinques, viciésque. Hactenus Agellius. Apud Liuum. etiam scriptum est, L. Papirium Consulem equites omnes ob egregiam in bello operam donasse corniculis, armillisque argenteis: & bello Persico, Sp. Ligustinus apud populum gloriatur, se quater & vices virtutis causa ab Imperatoribus esse donatum, ex ciuicas coronas accepisse, viginti duo stipendia in exercitu emerita habere. Suetonius autem de Augusto refert, cum dona militaria aliquanto facilius phaleras, & torques, quicquid auro, argentoque constaret, quam valares & murales coronas, qua honore præcellerent, dedisse, has quam parcissime, & sine ambitione, & sèpe etiam caligatis tribuisse. M. Agrippam in Sicilia post naualem victoriā coruleo vexillo donasse. Ceterum, antequam ab hoc loco abeamus, ut & ipsa militarium donorum vocabula intelligentur, explicanda paucis sunt.

Armillas, inquit Festus, ex auro, quas viri militares ab Imperatoribus donati gerunt, dictas esse existimant, quod antiqui humeros cum brachiis armos vocabant, vnde arma ab his dependentia sunt vocata.

Hasta pura eadem est quæ à Catone donatica dicitur, quod Romani fortis viros ea donarent: Pura autem appellatur, quod sine ferro esset, alio nomine graminea dicitur, quemadmodum Turnebus libro Aduersariorum 29. cap. 1. exponit.

Phaleræ videntur esse equorum frontalia. Sic enim Suidas in voce φάλαρα: τὰς αὐτονόμιδας, τοὺς δοτίδικους, τὴν ποιησιν τὴν κατὰ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων, παρὰ δὲ Ηρόδοτὸς γνώδοις σκεπάζεται. — id est, Erontis ornamenta, scutula, id quos frons equorum exornatur. Apud Herodotum verò circa maxillas tegumenta. Quod dixit Suidas ἀυτοδίκους, formam ornamenti significauit scutum imitantem, ut à naribus ad frontem inter oculos ducta illustris lamina dilateretur in fronte, attenuata in imo, similitudine veterum scutorum, quæ Virgilius ideo longa, libro octavo Æneidos, nominauit. Seruus Honora-tus neque frontem, neque maxillas, sed pectus phaleris ornari solitus ait, & esse idem, quod in mulieribus monilia. Sic enim interpretatur in eo Virgilij versu:

### Aurea pectoribus demissa monilia pendent.

Mónile autem à collo præpendere, ex Feste, & aliis constat. Plinius quoque satis planè distinguit à frontalibus phaleras, & sentire cum seruo potius, quam cum Suida, aut etiam Herodoto, videtur. Ait enim sic libro 37. capite 12. de gemma quadam facta: Quondam tantæ magnitudinis feceré, ut equis Regum in oriente frontalia, atque pro phaleris pensilia ficerent, &c. Sed Agellius libro quinto, capite quinto, eas à monilibus distinguit. qua de re vide differentem Aldum Manutium Pauli F. libro secundo Quæstitorum per epistolam, epistola decima, vbi in hanc inclinat sententiam, ut putet quicquid equorum frontibus, maxillis, pectoris ad speciem, adderetur, communī vocabulo Phaleras esse nominatas.

De Corniculis & torquibus nihil opus est monere.

Pecuniam militibus ante triamphum ab Imperatoribus distribui consueuisse, ex Liuio pater, qui libro vigesimo octavo sic scribit: Pecuniam in ærarium tulerunt festertiū tricies octoginta millia æris. M. Liuius militibus quinquagenos senos as-ses diuisit. tantundem C. Claudio absentiis militibus suis est pollicitus, cum ad exercitum rediisset, &c. Eiusdem rei testimonia extant apud eundem Liuum & alios plura. Atque de premiis militaribus hactenus, de quibus etiam vide Alexandrum ab Alexandro Neapolitanum, Genialium dierum libro quarto, capite 18. & Carolum Sigonium libro primo de Antiquo iure ciuium Romanorum, capite de-cimoquinto, ex quo hæc fere descripti.

E

F

De

## De coronis militariis, earumque generibus,

## CAPVT XXVII.

**D**E præmiis qui distributa iis fuerunt, qui strenuè rem gessissent, superiori capite diximus. Inter ea verò etiam coronæ fuerunt, de quibus hoc capite agemus.

Agellius scribit, Militares coronas multifarias fuisse, præcipias autem & nobilissimas esse triumphalem, obsidionalem, ciuicam, muraliem, castrensem, naualem.

**B** Triumphales, inquit, Coronæ sunt aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Id vulgo dicitur aurum coronarium. Hæc antiquitus è lauro erant, post fieri ex auro cœpere.

Obsidionalis est, quam ij, qui liberati sunt obsidione, dant ei duci, qui liberauit. Ea corona graminea est: obseruariè solitum, ut fieret è gramine, quod in eo loco generatum esset, intra quem clausi erant, qui obsidebantur. Plinius lib. 22 cap. 3. & 4. obsidionalem omnibus aliis, gemmatis, & aureis, valloribus, muralibus, rostratis, ciuicis, & triumphalibus præfert, quippe cum reliquias aus Imperatores militibus aut ipsi milites militibus denu[m] haue[re]n[do] miles det Imperatori. Eam dicit vocari obsidionalem, liberatis obsidione, abominandoque exitio castris. Eadem C etiam dicit datam fuisse è viridi gramine, decerptu[m] inde ubi obseffos seruasset aliquis. Námque summum apud antiquos signum victoriæ erat herbam porrigitæ viætus, hoc est, terra & altrice ipsa humo, & humatione etiam cädere. Talem, accepit L. Sicius Dentatus, & Decius, & Quinius Fabius Maximus, &c. Eadem de Obsidionali Festus.

Ciuica corona appellatur, inquit Agellius, quam ciuis ciui, à quo seruatus est in prælio, testem virtutis, salutisque perceptæ dat. Ea fit è fronde quernia: quoniam cibus, viætusque antiquissimus querceus capi solitus sit. Fit etiam ex ilice, quod genus superiori proximum est, sicuti scriptum est in quadam Comœdia Cæciliæ:

Aduehuntur (inquit) cum ilaginea corona, & chlamyde, Dij nostram fidem. Masurius autem Sabinus in 11. librorum memorabilium, ciuicam coronam tum dari solitâ dicit, cum is, qui ciuem seruauerat, eodem tempore, & hostem occiderat, neque locum in ea pugna reliquerat: aliter ius ciuicæ coronæ negat concessum. Tiberium tamen Cæarem consultum, an ciuicam coronam capere posset, qui ciuem in prælio seruasset, & hostes ibidem duos interfecisset, sed locum, in quo pugnarat, non retinisset, & eoque loco hostes porti essent: rescriptisse dicit, cum quoq; ciuica dignum videri: quod appareret, è tam iniquo loco ciuem ab eo seruatum, ut etiam à fortiter pugnantibus retinueri non quieret. Hac corona ciuica L. Gellius vir Censorius in Senatu Ciceronem Consulem donari à Republica censuit, quod eius opera esset atrocissima illa Catilinæ coniuratio detesta, vindicataque. Plinius lib. decimo sexto cap. quarto, ciuicam coronam, & murali & vallari, aureæque, & rostratae præponit, & ait, eam primò iliganam fuisse, postea magis placuisse ex Esculo Ioui sacra, variatimque & hoc cum queru esse, ac datam ubique que fuerat, custodito tamen honore glan-dis. Deinde addit leges de corona ciuica, quibus ea dari debeat: Quique, inquit, patriæ muros primus scandens, audentem irrumpere occidit. Quique ciuem maluit seruare, quām hostem occidere. Vtque eum locum in quo sit actum, obtineret hostis eodie. Vtique seruatus fareatur, aliâs testes nihil profundunt: Ut ciuis faerit. Auxiliis, quamvis Rege seruato, decus id non dant. Ne crescit honoris idem Imperatore conseruatore, quoniam conditores in quocunque ciuem summum esse voluerunt. Accepta licet uti perpetuò. Ludos ineunti semper a surgit etiam à Senatu in more est. Secondi ius proximo Senatui. Vacatio munerum omnium ipso, patrique, & auro patetno. Quatuordecim eas accipit. Sicinis Dentatus &c. Et paulò post subiicit: O mo- res æternos, qui tanta opera honore solo donauerunt. Et cum reliquias coronas auro commendarent, salutem ciuis ij in precio esse voluerunt: clara professione, seruari quidem hominem nefas esse lucri causa. Haec tenus Plinius,

Muralis est corona, qua donatur ab Imperatore, qui primus murum subiit, inque A  
oppidum hostium per vim ascendit. Iccirco quasi muris pinnis decorata est.

Caetrensis est corona, qua donat, cum Imperator, qui primus hostium castra  
pugnans introiuit. Ea corona insigne valli habet, vnde vallatis dicitur.

Naualis est, qua donari solet maritimo prælio, qui primus in hostium nauem vi  
armatus transiliuit. Ea quasi nauium rostris insignata est. Et muralis autem, Ca-  
etrensis & naualis fieri ex auro solent. De Quali corona postea erit dicendum. Ha-  
rum coronarum icones in veteribus nummis conspiciuntur, quarum unam atque  
alteram subiiciam.



### De præmijs Imperatorum, supplicatione, triumphi, & ouatione. CAP. XXII.

**D**e præmiis quibus milites ob egregia facinora ornati fuerunt, hactenus diximus: sequitur, vt de iis etiam, quæ Imperatoribus proposita fuerunt, agamus. Qui ergo imperium rectè ac feliciter administrarunt, iis hæc, quæ maxima apud eos habita sunt, decora patuerunt: absenti nomen Imperatoris & Supplicatio, præsenti triumphus. De nomine Imperatoris diximus supra, capite 6. Supplicatio honor fuit, qui vñà cum Imperatoris nomine decernebatur Victori, nempe cùm Senatus populo Deum templa aperiri, ac gratias Diis Imperatoris nomine agi iubebat. Erat enim moris, vt Consules, vel Prætores postquam à militibus appellati Imperatores fuerant, lictores laureatos præferrent, literasque ad Senatum laureatas de re gesta mitrerent, quibus Imperatoris nomen ac supplicationes à Senatu postularent. In hac autem supplicationis pompa,

quæ

A quæ aliâs plures aliâs pauciores dies continuabatur, Senatus ad tempora Deorum solenniter se conferebat, ibique sacrificabat, & dabat in templis epulum. Omnis autem populus agebat dies festos, & agebat Diis gratias pro spe victoriae, quæ affulgebat, & vota faciebat, ut Diis hoc modo placati, quod ostenderent, beneficium persiceret. Quamuis autem primis temporibus in unum, alterumque diem Supplicatio ægræ decernebatur, tamè ad postremum eò progressa res est, ut etiam in quinquaginta decretæ sint. Siquidem M. Valerio, & M. Horatio Consulibus, anno urbis CCCXV. deuictis Sabinis supplicatio in unum diem decreta est: Camillo Velis captis in quatriodium, quot dierum nullo ante bello decretæ erant. At verò Cn. Pompeio Mithridatico bello confecto duodecim. Cæsari bello Gallico, primum quindecim, post viginti: Hirtio, Pansæ, & Cæsari Octauiano mutina colonia liberata, quinquaginta dierum decretæ sunt, in quo decernando cum magnitudinis victoriae, tum dignitatis hominis habuisse rationem videntur. Hoc honoris genus Ciceroni quoque habitum fuit, quando Catilinariam coniurationem repressit, ut ipse meminit in 3. & 4. Catilinaria, in 2. Philippica & alibi.

B Triumphus eximus quidam honor fuit, quem is, qui auspicio suo hostes prælio deuiciisset, in urbem cum incolumi exercitu redierat. Senatus primum decreto, post etiam populi iussu consequebatur. Erant autem duo triumphorum genera, unus maior, qui præcipue triumphus: alter minor, quæ Ouatio nominata est. Ex his autem alijs terrestres, alijs nauales: itemque alijs in urbe, alijs in monte Albano acti sunt: Terrestres dicebantur, qui terra nauales, qui mari rebus felicitate gestis agebantur.

C Primus naualem triumphum egit C. Duilius, anno urbis CDXXIIII. de quo ita scribit Valerius Maximus libro tertio, capite sexto: Caius Duilius, qui primus naualem triumphum ex Pœnis rerulit, quotiescumque epulaturus erat, ad funalem cereum, præente tibicine & fidicine, à cena domum reverut solitus est, insignera bellicarum successum nocturna celebratione testando Meminerunt huius & Liuia Epit. 17. L. Florus libro 2. capite 2. Cicero in Catone Maiore Eutropius, Orosius, Plinius, & alijs.

D In Albano primus triumphauit Papirius Maso, anno urbis IXXXII. de quo idem Valerius Maximus libro 3. capite 6. Papirius quidem Maso, cum benè gesta Republica triumphum à Senatu non impetrasset, in Albano monte triumphandi & ipse initium fecit, & cæteris postea exemplum præbuit: proque laurea corona, cum aliqui spectaculo interesset, myrtlea semper vius est. Meminit & huius Plinius libro 15. capite 29.

E Ouans primus ingressus est urbem Publ. Posthumius Tubertus Consul secundus, anno urbis ducentesimoquinquagesimo, de quo in hunc modum Plinius libro decimoquinto, capite vigesimonoно: Bellis se quoque rebus myrtus inseruit, triumphansque de Sabinis Posthumius Tubertus in Consulatu (qui primus omnium ouans urbem ingressus est: quoniam rem leuiter sine cruento gesserat) myrtle Venetis vicitris coronatus incessit, opribilemque arborem etiam hostibus fecit.

F Quid autem ouatio sit, unde nomen habeat, & quomodo à triumpho maiore, de quo capite sequenti agemus, differat, paucis explicandum est. Ouantes, scribit Festus, latentes esse, ab eo clamore, quem mittant redeuntes è pugna videntes milites, geminata litera O, quod idem placet etiam Dionysio Halicarnassæo: Quasi inquit, Romani ουαυη, Græcorum vocem, quæ clamorem significat, ouationis nomine voluerint interpretari. At Plutarchus in Marcello hanc opinionem refellit, & ouationis nomen ab oue ductum putat: quam, qui hoc genere triumphi ornabatur, sacrificabat, quemadmodum qui maiorem triumphum agebat, taurum in Capitolium veniens, immolabat. Differt autem Ouatio à Triumpho, ut ait Dionysius Halicarnassæus, quod qui ouans ingreditur: si nec curru vectus, ne trabeam, nec togam pictam induitus pedibus urbem exercitū præiente iniret. Plutarchus autem eundem nec quadrigis inuenit, nec laurea coronatum, nec tubis concinuentibus: sed pedibus & calceis myrtlea redimitum, tibiis modulantibus urbem iniisse scribit, cum quo & Plinius, Festus, & Agellius sentiunt.

G De caulis huius deceindendi honoris ita scribit Agellius libro quinto, capite sexto:

Ouandi, non triumphandi causa est, cum aut bella non ritè indicata, neque cum iusto hoste gesta sunt, aut cum hostium nomen humile, & non idoneum est, ut seruorum, piratarumque, aut deditio repente facta, in puluere (verdi ci soler.) incruenta, que victoria obuenit. Cui facilitari aptam esse. Veneris frondem crediderunt, quod non Martius, sed quasi Venerius triumphus quidam foret.

Hanc myrteam coronam Marcus Crassus bello fugitiuorum confecto, cum ouans rediret, insolenter aspernatus est, Senatusque Consultum faciendum per gratiam curauit, ut lauro, non myrto coronaretur. Adiicit Plutarchus, cum verbis & comitate res cum hostibus transfacta, & benè gesta esset, tum ut ouantes inirent & istam pompam, bellici apparatus expertem & festiuam ducerent, fuisse permisum. Nam & tibia, inquit, Pacis est, & myrrus Veneris arbor, qua Dea maximè violentiam & bella odit. His adde, cum aut in aliena Provincia, aut alienis auspiciis, aut cum sine magistratu res gesta esset. Pedibus autem an equo vexti ouantes ingredierentur, magna questio est, de qua sic etiam Agellius libro 5. capite 6.

Prætereundum non est, quod ad orationem attinet, super quo dissentire auctores scio. Partim enim scripserunt, qui ouaret, introire solitum equo vidente. Et Sabinus Massurius pedibus ingredi ouantes dicit, sequentibus eos, non militibus sed vniuerso Senatu. Hec Agellius. Itaque Dionysius pedibus ingressos, Dio equo vectos intelligit. Etenim ouantem ingredi, equo vehi Dio appellat. Dionysius autem pedestrem triumphum orationem vocat, dum de Aulo Manlio ouante anno ducentesimo septuagesimono loquitur. Hactenus de Quatione, Sequitur. C. Triumphus maior, de quo capite sequenti.

### De Triumpho maiore, Spolijs opimis, Arcubus triumphalibus, & Trophæis.

#### C A P . XXIX.

**D**E triumpho maiore ea hoc loco afferemus, quæ olim à Præceptore nostro Magistro Ioanne Rosa, pia memorie, viro immortaliitate dignissimo, accepimus, cum viri clarissimi Caroli Siganij Fastos ac triumphos publice nobis præleget: pauca tantum interdum ex aliis scriptoribus, ubi opus fuerit, addituri. Sic autem his Triumphorum rationem nobis explicauit. Honor Triumphi fuit illud summum & magnificentissimum, & iucundissimum præmium, quæ præcellentium Imperatorum, qui res in bello præclarè & feliciter gesserant virtus & fortuna apud Romanos ornari solebat.

Ad vocem quod attrinet, communis est auctorum sententia, quod ea originem habeat ex ipsa acclamatione, à Bacchi cognomento sumpta. Sic enim Varro lib. 5. de Ling. Lat. scribit: Triumphare appellatum, quod cum Imperatore redeentes milites clamitant per urbem in Capitolium eunt: Io triumphhe, Io triumphhe: idque à Græco Liberi patris cognomento potest dictum esse. Et quod Bacchus dicitur, habet etiam Plutarchus in Marcello. Fuit autem vulgaris opinio, quod pompa triumphalis Bacchum habuisset in Græcia primum auctorem, ut vide re est apud Plinius lib. 7. capite 56. & Diodorum Siculum lib. 5. Acclimationes eas expressit Horatius Oda 2. lib. 4.

Teque dum procedis, Io triumphhe,  
Non semel dicernus, Io triumphhe,  
Et Oda 9. Epodon.

Io triumphhe tu moraris aureos  
Curus & intactas bones. Neque Africano, cui semper Carthaginem.  
Io triumphhe, nec Inguribino parem  
Sic Linius quoque lib. 45. Militum quidem propria est causa, qui & ipsi laureatis & quisque donis quibus donati sunt insignes, triumphum nomine cident. Causam

**A** Causam instituti huius efficientem generalem ex illa laetitia, quam vniuersaliter affer liberatio a bello terribili, & malis, que ab hostibus lœuis sunt expectanda, & ex sauro, quo liberati liberatorem persequuntur, & qualicunque notitia, quod numeri pro latro auxilio deberentur gratia solennes, facile potest intelligi. In specie vero primus auctor talis pompa in urbe Roma fuit Romulus, qui caelo sua manu Acrone Cæninensium Rege, cum Ioui arma eius ex voto esset dedicatus, querum, quam in castris vidit, recidit, & instar trophy adorauit, Aerouisque armis apte ex ea suspensis, ac veste ipse incincta, & fluente coma, laetitia coronatus, stipitem illum dextro humero baulans, urbem est ingressus, carmen victoriale exercitu in armis sequenti præcinen, & ciuibus cum gratulatione & laudibus eum excipientibus, se se ostentans. Ab hoc exemplo triumphorum celebritatem initium Romæ sumpsisse, scribit Plutarch. Addidit aliquanto post Tarq. Priscus Rex currum, & alia, quæ ad speciem & magnificientiam maiorem erant comparata, quibus quantum splendoris postmodum accesserit, videre est in speciosissimis triumphis, quos duxerunt L. Cæcilius Metellus, A. V. 15111. Marcellus anno 1551. P. Scipio Africanus, anno 1591X. L. Æmilius Paulus, anno 15561, Scipio Africanus posteriori anno 1571. L. Mummius, anno 1511X. Marius anno 1571. Sulla anno 1571. & Pompeius tertium triumphans, anno 1571. item C. Julius Cæsar, & Augustus, & posterioribus temporibus Aurelianus.

**B** De Legibus triumphalibus has reperio: Quod nemini, nisi qui Dictator, aut Consul, aut Prætor, res geffisset, licuit triumphare. Plutarchus in vita Pompeij. Discessum tamen ab hac lege fuit, quando Lucio Cornelio Lentulo otatio anno 15111. & Cneo Pompeo Equiti tantum, & nondum in ordinem Senatorium adscripto, ac vix dum annum decimum quartum xatis egresso, primus triumphus anno 1571. decernebatur. Triumphum petentes oportebat extra urbem subsistere, & ibi decretum Senatus expectare. Dandi autem huius honoris, sicut & Supplicationum & Ouationum potestas erat penes Senatum, quem oportebat semper integrum conuenire, quoties de his summis honoribus erat consultatio. Facto autem à Senatu decreto, de eodem & ad populum referbatur, ac præterea rogabatur, ut eo die, quo triumphus duceretur, imperium triumphanti populus daret: siquidem id nemo, nisi populus dare poterat.

**C** Erant autem multæ impediendi triumphi rationes: primum, cum Tribuni plebis Imperatori, qui triumphum peteret, aliqua de causa infensi, de rogatione ferenda omnes recusat: deinde cum rogationem quidem Tribunus, aliquis ferre, sed eam populus suffragiis antiquaret: tertio ubi Tribuno rogationem ferentes, vius plures de collegio intercederent: postrem cum Tribunus Imperatori ob res in bello gestas, diem diceret, sicuti Caius Memmius Lucio Lucullo, qui duobus potentissimis Regibus Mithridate & Tigrane deuictis, tamen non nisi triennio post, accusationem remitteente Memmio, triumphare poruit. Recitat Valerius Maximus libro secundo, capite octavo etiam has leges: Oblucia, inquit, prælia quidem Imperatores sibi triumphos decerni desiderabant, quibus ut occurreretur, lege cautum est, ne quis triumpharet, nisi quinque millia hostium una acie cecidisset. Non enim numero, sed gloria triumphorum excelsius urbis nostra futurum decus maiores existimabant.

**D** Ceterum ne tam præclaræ lex cupiditate laurea oblitteraretur, legis alterius adiutorio fulta est, que pcam Impuminata, qui aut hostium occisorum in prælio, aut amissorum ciuium falsum numerum literis Senatu ausi essent referre: iubet, que eos, cum primum urbem intrassent, apud Quæstores Urbanos intare, de utroque numero vere ab his Senatu esse scriptum. Hac Valerius. Fuerant tamen, qui inuito Senatu honorem hunc sibi rapuerunt: & cum in Capitolum pompam ducerentur, duxerunt eam in Albacum montem Latij præustum, nec procul ab urbe situm: cuius rei primum auctorem fuisse reperimus C. Papirium Masonem Col. A. V. 1551, de quo superiori capite diximus. Legitur præterea in Valerio, libro secundo, capitulo octavo, quod triumphus tantum si, qui Imperium Romanum auxissent, non autem qui amissa recuperasset, fuerit permisus. Non etiam, nisi de hostibus.

triumphatum fuisse legimus ; & quidem de iis, quorum aliqua esset dignitas. Nam cum per crassum contra seruorum colluuiem feliciter res esset gesta, indignus hostis fuit habitus, de quo triumphus ageretur : quare coactus fuit Crassus Oratione esse contentus. De ciuib[us], verò ita scribit Valerius libro 2. capite 8. Verùm quamvis quis præclaras res, maximèque viles Reipublicæ, cui bello gessisset, Imperator tamen eo nomine appellatus non est : neque illæ supplicationes decretæ sunt, neque aut Ouans, aut curiu triumphauit : quia, vt necessariæ istæ, ita lugubres semper existimatae victoriae sunt, vt potè non extero, sed domestico parte crux. Et de Cæsare narrant, quod Marsiliam vrbem in triumpho ostentans, & de filiis Pompeij triumphans, maximo odio populi Romani sese onerarit. Vbi è contrario de Sulla prædicant, quod cum stabilita sua potentia multas vrbes Græciæ & Asiarum in triump[ho] duceret, cjuum: tamen Romanorum ne vnum quidem oppidulum vixerit. Sed & hoc moris fuit, vt quo die quis triumphabat, haberet, & deponeret imperium. Atque huc spectat quod à Valerio loco ante citato his verbis refertur : Moris erat ab Imperatore triumphum ducturo, Consules inuitari ad cœnam, deinde rogari, vt venire supersedeant, ne quis eo die, quo ille triumpharit maioris in eodem conuiuo sit imperij. Ex his legibus iudicari potest, qui triumphi regulares aut irregulares fuerint.

Ad ipsam pompam triumphi quod attinet in genere, hæc fuit ferè huiusmodi: Imperator, vt scribit Zonaras libro secundo, triumphali habitu ornatus, armillis sumptis, laurea redimitus, & ramum dextra tenens, populum conuocabat, & militibus suis alijs communibus, alijs propriis laudibus oneratis, pecuniam & ornamenta diuidebat, cum armillas aliis, alijs hastas puras, alijs coronas aureas, alijs argenteas, expressum viri nomen, ac facinus ferentes, largitur. Nam si quis murum primus ascenderat, muri : si castellum aliquod expugnarat, castelli speciem corona gerebat : si nauali prælio vicerat, rostris corona exornabatur : si equestri, equestre aliquid præ se fererat. Qui autem cjuem in acie, aut in obsidione, aut in alio periculo conseruasset, cum summam laudem assequebatur, tum queram coronam accipiebat, cuius honos argenteis & aureis omnibus excellebat.

Neque verò hæc dona singulis tantum virtutis causa dabantur, sed & cohortibus & exercitibus vniuersis : spoliorum autem magna pars militibus distribuebatur. Quin etiam quidam vniuersum populum donârunt, & sumptus in ludorum publicorum apparatus fecerunt, & si quid reliqui erat, in porticus, templis, aut alia eiusdem opera publica consumplserunt. His rebus perfectis, atque sacrificio facto, triumphans currum concendebat, ita præcatus.

DII, NYTV ET IMPERIO QVORVM NATA, EST AVCTA EST RES ROMANA  
EADEM PLACATI, PROPITIATI QVE SERVATE.

Tum per portam triumphalem vñebatur. Præcedebant tubicines, canentes modos triumphales : aut etiam, quod in Æmilij triumpho factum est, classicum. Post hos ducebantur boves maestandi in sacrificiis, vitiis, settisque redimiri, & aliquando auratis cornibus. Illis succedebat speciosa ostentatio spoliorum, & manubiarum, E quæ singulare arte composta, partim plaustris vñebantur, partim gestabantur ab adolescentibus ornatis. Ferebantur & tituli victoriarum gentium, cum imaginibus deuictarum vrbium : ac fuerunt spoliis interdum mixta animalia, antea non visa, aut mirabiles plantæ ex locis capitis asportatae. Succedebant inde, qui ex hostibus capti erant, Duces vñti catenis, & post illos ante currum Imperatoris portabantur coronæ aureæ, si quæ ipsi ab vrbibus & Prouinciis fuerant summi honoris causa, quod sèpe accedit, per legationes exhibitæ. Ac cum demum ipse Imperator currus sublimi, magnificè exornato, vñebatur, fulgens veste triumphali, & redimitus corona laurea, ramumque lauri manu gestans. Vestis triumphalis erat purpura, auro intecto picta, de qua Plinius libro 9. capite 36. & libro 8. capite 48. Tali autem F veste extra hanc pompam vti nemini fas fuisse, docet historia Marij, in qua apud Plutarctum sic legitur : Peraçto triumpho, indixit Senatum Marius in Capitolium, atque incertum, num prudens id, an fortuna sua elatus fecerit, insolentius egreditus Curiam est veste triumphali. Verùm citò offendit animaduertens Senatum, surrexit,

A surrexit, sumptaque rediit praetexta. Et Dionysius Halicarnassus libro 3. loquens de toga picta purpurea, qua Reges fuerint vbi, indicat, quod Regibus exactis non licuerit ulli, etiam si Consul esset, eam usurpare, sicut nec coronam regiam. Nam haec sola, inquit, de ornato regio Consulibus adempta sunt, quod intuidi saepe viderentur, & libertati grauius. Post victoriam tantum ex Senatus consulto triumphantes ornantur auro, & amiciuntur togis pictis purpureis. De corona laurea Plinius libro decimoquinto, cap. trigesimo. Currum, qui neque bellicatum, neque ludicrarum quadrigarum, sed turris rotunda in star, teste Zonara, constructus erat, usitate traxerunt equi: quos cum albos iunxisset in suo triumpho Camillus, vehementer populum offendit, propterea quod alba quadriga Deorum Regi, & Patri sacra, ac peculiari dicitur habebantur. Quidam tamen ceroos, quidam leones iunxerunt. Sub curru, eo loco, cui Imperator insidebat, suspensus fuit idolum fascini, de quo Plinius libro vigesimo octavo, capite quarto sic: Deus Fascinus Imperatorum quoque, non solum infantum custos, currus triumphantium, sub his pendens, defendit, medicus inuidiæ, iubetque eosdem respicere. Quod autem Plinius dicit, moneri triumphantem à fascino, ut respiciat, existimo esse illud Tertulliani in Apologetico: Hominem se esse etiam triumphans Imperator in illo sublimissimo curru admonetur. Suggestur enim ei à tergo: Respice post te, hominem memento te. Zonaras auctor est, in ipso curru ministrum publicum aduentum esse, qui ponet coronam auream, gemmis distinctam sustinens, admoneret eum, ut respiceret: id est, ut reliquum vitæ spaciū prouideret, nec eo honore elatus superbiret. Appensum quoque fuisse curri tintinabulum, & flagellum, quibus notatum fuerit, ipsum in eam calamitatem incidere posse, ut & flagris caederetur, & capite damnaretur. Nam, inquit, qui ob facinus supremo supplicio afficiebantur, tintinabulo gestare solebant, ne quis inter eundum contractu illorum piaculo se obstringeret. Testis est etiam Plinius libro trigesimo tertio, capite septimo, triumphantium oratione illini solita, & sic Camillum triumphasse: quod tamen posterioribus temporibus exoleuit. Moris item fuisse, ut triumphantis secum in curru haberet filiolos pueros, patet ex Liuio libro quadragesimo quinto, cum de filiis Aemilij loquitur. Quin etiam cognatorum, si aliquos habebat, virgines & pueros in currum adscisceret: natu verò grandiores in equis iugalibus imponebat. Si autem plures eraerint, equis singularibus vesti ipsius prosequerentur. Currum inde sequebarunt equitum & pedestris exercitus suo quisque ordine. Ex his, si qui peculiares coronas, aut alia dona ob egregium facinus ab Imperatore acceperant, ea pra se cerebant. Cæteri omnes laureati incidebant, cientes latissima voce triumphum, & accidentes triumphalia carmina, quibus etiam iocos miscere licebat. Qui verò ad spectaculum confluxerant, ex urbe & aliis Italiae locis homines, omnes velut in publica eaque latissima festivitate, cum latissima aggratulatione, & aplausu, pompam spectabant, induiti vestitu mundo, & ut plurimum albo. Procedente etiam pompa in honorem Deorum omnes ædes sacrae fuerunt apertæ, atque coronis & suffitibus repletae. Sic igitur ad Capitolium ductus Imperator, simulatque de foro, versus illud currum flexere coepit, hostes ante currum ductos, abduci mandauit in carcera. Cicero Verrina septima, ubi vel detenti sunt perpetuæ, vel illico secuti percussi. Cum ventum fuit in Capitolium triumphans ita precatus est:

GRATIAS TIBI IUPITER OPTIME MAXIME, TIBIQUE IVNO.  
NI REGINAE, ET CAETERIS HVIVS CVSTODIBVS, HABITA-  
TORIBVSQUE ARCS DII, LVBENS LAETVSQUE AGO, RE ROMA-  
NA IN HANC DIEM ET HORAM PER MANVS QVOD VOLVIS-  
TIS MEAS, SERVATA, BENE GESTAQVE, EANDEM ET SERVA-  
TE, UT FACITIS, FOVETE, PROTEGITE PROPITIATI, SV-  
PLEX ORO.

F Et immolaræ sunt cum maxima solennitate hostiæ, seu victimæ, & dicata Ioui corona aurea, & aliquot preciosæ manubiae, clypei, & alia monumenta ibi suspensta. Datum etiam in ipso Capitolio epulum sumptibus publicis, & aliquantum pecunia virilium plebi distributum, cætera relata in ærarium publicum. Quod si quis Optimæ

spolia fuisse consecutus, ea in templo Ioui Feretrii suspendebantur. Erant autem A Opima spolia, quæ Dux hostium duci à se immediatè interfecitò detraxerat. Quo-  
ranu, vni Festus, & cum eo aliij tradunt, tanta raritas fuit, ut intra annos paulò  
minus 10XXX. tantum trima contigerint nomine Romano, vna, quæ Romulus de  
Actone: altera, quæ Cossus Cornelius de Tolumnio: tertia, quæ Marcus Marcellus Ioui Feretrio de Viridomaro fixerunt. Marcus Varro ait, Opima spolia etiam  
esse, si manipularis miles detraxerit, dummodo duci hostium detraxerit. Quod  
autem omnia solita non sive ad ædem Ioui Feretrii ponit, testimonio esse libros  
Pontificum, in quibus sit, pro primis spoliis boue, pro secundis solitaurilibus, pro  
tertiis agno publice sacra fieri debere. Est etiam Pompilij Numæ Regis legem Opi-  
morum pluriorum talem:

QVO IVS AVSPICIO, CLASSE PROCINCTA OPE RIMA SPOLIA CAPIV-  
NVR. IOVEL FERETRIO BOVEM CAEDITO. QVEI CEPIT, ARIS DV-  
CENTA DARIER OPORTETO.

SECUNDA SPOLIA IN MARTIS ASAM. IN CAMPO SOLITAVRILIA VTRA  
VOLVERIT, CAEDITO.

TERTIA SPOLIA IANO QVIRINO AGNV MAREM CAEDITO CENTVM  
QVEI CEPERIT, EX AERE DATO.

Ita Festus quemadmodum eum restituerunt Carolus Sigonius, Antonius Augu-  
stinus, & Iosephus Scaliger. Atque hoc quidem modò Triumphorum pompa pera-  
cta fuit, cuius vt conseruaretur memoria, non modò honestissimus locus viris  
triumphalibus fuit datus in confessibus publicis, & permisum, vt in spectaculis lau-  
ream coronam in capite gestarent, sicut & aliij, qui vnuquam coronas acceperant,  
tales tum soliti fuerunt gestare in capite: sed etiam erat & fuerunt triumphales co-  
lumnæ, & statuæ, arcus triumphales, trophyæ, atque alia monumenta. Quin & hoc  
vistatum fuisse ait Plinius libro 35. cap. 2. Ut ædes ornamenta triumphalia circa li-  
mina acciperent. Sic enim scribit: Aliæ foris & circa limina, animorum ingentium  
imagines erant, affixis hostium spoliis, quæ nec emptori refringere licet: triun-  
phabantque etiam Dominis mutatis ipsæ domus: & erat hæc stimulatio ingens, ex-  
probratibus testis quotidie imbellem Dominum intrare in alienum triumphum. De  
Columnis triumphalibus, & statuis Plinius lib. 34. cap. 5. 6. & 7. & Valerius Maximus D  
lib. 2. cap. 5. De arcubus triumphalibus ita scribit Georgius Fabricius in sua Roma,  
cap. 15. Arcus olim honoris virtutis que causa erecti sunt ijs. qui externis gentibus  
domitis, singulares victorias patriæ pepererant. Ij primū rudes & simplices fue-  
runt, cum præmia virtutis essent, non ambitionis lenocinia: seculo insolentiore  
monumenta victoriarum & triumphorum pompa in iis incisa. Erant aut latericij, vt  
Romuli: aut ex rudi lapide quadrato, vt Camilli: aut ex marmore, vt Cæsaris in fo-  
ro: Drusi cum trophyis in via Appia: Traiani in eiusdem foro: Gordiani, in Vimini-  
ali: Gratiani, item Theodosij non longè à via Triumphali: deinde etiam reliqui.  
Arcuum forma primū erat semicircularis, vnde & nomen fornícis accepit: fornix  
enim Fabianus a Cicerone dicitur: qui à Victore arcus Fabianus nominatur. Postea E  
quadrata, ita vt in medio ampla esset porta fornícata, & ex eius vtroque latere alia  
portæ minores additæ. Intra mediæ portæ fornícem Victoriae alatæ pependerunt,  
quæ demissæ, victori transeunti coronam imponerent. In superiori arcus parte spa-  
cia sunt, in quibus aliquot hoīnies, vel qui tubis canerent, vel qui trophya maximè  
insignia ostentarent, steriles existimantur. Huc magnificenter Augusti temporibus,  
vel paulò ante cœpit. Nam de Cæsaris arcu, Seruius: de Drusi, Suetonius: de Ger-  
manici, & Neronis, Tacitus Novitium hoc inuentum ait. Plinius, non quod arcus  
ante Cæsarum tempora non fuerint, sed quod tali ornatu non fuerint. Antiquissimi,  
de quibus extra aliquid, sunt tres: nouiij autem Plinio, nobis veteres, quinque.  
Hactenus Fabricius.

Trophyæ erant corpora truncæ cum spoliis. Sic enim idem Fabricius de Trophyis  
Marij scribit: Inter templa S. Eusebij, & S. Iuliani in Esquilino, moles, latericia, in  
qua binæ trophyæ ex marmore. Sunt autem truncæ corpora cum spoliis, quorum al-  
terum thorace squamoso induitum, cum ornamentis militariibus, & clypeis, ante  
fæ.

A se habens iuuenem captiuum, bracchiis ad tergum reuinctis, & vndique alatas vi-  
ctorias. Alterum armis militaribus ornatum, inter quæ clypei in æqualiter rotundi,  
galea aperta cum cono & cristi, & altera sine cristi claula. In eodem inest forma  
chlamydis, & alia quædam, quæ marmore detrito, & corrupto cognosci satius non  
possunt. Locus ille hodie Cimbrium vocatur, quia de Cimbris à C. Mario trophæa  
illa sunt creta. Arcuum triumphalium, & trophæorum, icones tum in Antiquita-  
tibus Gamuccij, tum in veteribus nummis cernuntur, quorum vnam atque alte-  
tara subieci.



B Insculpta quoque in arcibus triumphalibus erant posterioribus præsertim tem-  
poribus, tum alia multa, tum cause & merita, pro quibus arcus isti essent ipsi extru-  
cti, ut cognoscitur ex inscriptione arcus triumphalis Seueri quæ hæc fuit.

IMP. CAES. LVCRO SEPTIMIO M. FIL. SEVERO PIO PERTINACI AVG.  
PATRI PATRIÆ, PARTHICO, ARABICO, ET PARTHICO ADIABENICO.  
PONTIF. MAXIMO, TRIBVNIC. POTEST. XI. IMP. XI. COS. III. PROCOES.  
ET IMP. CAES. M. AVRELIO, L. FILANTONINO AVG. PIO FELICI TRIB-  
VNIC. POTEST. VI. COS. PROCOES. PP.

C OPTIMIS FORTISSIMISQVE PRINCIPIBVS OB REM PVBLICAM RE-  
STITVTAM, IMPERIVMQUE POPVL. ROMANI PROPAGATVM INSIGNI-  
BVS VIRTUTIBVS EORVM DOMI FORISQVE S.P.Q.R.

Item ex inscriptione arcus, triumphalis Constantini Max. quæ talis est:

IMP. CAES. EL. CONSTANTINO MAXIMO P.F. AVGUSTO S.P.Q.R.

QVOD INSTINCTIV DIVINITATIS, MENTIS MAGNITUDINE CVM EXER-  
CITV SVO TAM DE TYRANNO, QVAM BE OMNI EIUS FACTIONE VNO  
TEMPORE IYSTIS REMPVBLICAM VLTVS EST ARMIS ARCVM TRIVM-  
PHIS INSIGNEM DICAVIT. VOTIS X. VOTIS XX.

LIBERATORI VRBIS FVNDATORI QVIETIS.

In tropheæ etiam Alpium, Elogium Augusto dicatum tale est:

D IMP. CAESARI DIVI F. AVGUSTO PONT. MAX. IMP. XIV. TRIBVNIC.  
POTESTAT. XVII. S.P.Q.R.

QVOD EIUS DVCTV AVSPICIISQVE GENTES ALPINÆ OMNES QVAE  
A MARI SVPERO AD INFERVUM PERTINEBANT, SVB IMPERIVM P. R.  
REDACTAE SVNT.

Hæc igitur merces & gratia apud Romanos Imperatorum virtuti & fortunæ fuit  
habita, cuius fuit partim vt animi tanta proposita gloria ad clarissimorum facino-  
rum studium excitaretur, partim vt viderentur Deo exhibere gratitudinæ pro euen-  
tibus prosperis. Ac memorabile est, quod apud Valerium Maximum lib. 2. capite 3,

de

de Cn. Fulvio legitur: Eum, qui triumphi honorem sibi à Senatu ob res gestas decre-  
A  
rum spreuerat, & repudiauerat, fuisse exilio multatum. Causa huius decreti fuit,  
quod indicarunt insolentiam, quę gradus publicorum honorum superbè contemne-  
ret, spectare ad virutis perniciem, dum scilicet, quę multos ad studium eius: accen-  
dere solent, ita proficerentur. Tantum de Triumphis, de quibus etiam lege Dio-  
nyshum lib. 5. Iosephum lib. 7. cap. 23 de Iudaico, Joan. Zonaram Histori: tom. 2: Plu-  
tarchium in vita P. Äemiliij, Appianum Alexandrinum in Lybico, Seruium super Vir-  
gilium, M. Tul. Ciceronem in Pisonem, Flauium Vopiscum in Aureliano, Pompo-  
niū Lætum in Philippo & Diocliano, Alexandrum ab Alexandro Genial. dier.  
lib. 1. cap. 22. & lib. 6. cap. 6. Carol. Siginon lib. 2. de Antiq. iure Prouinciarum, cap.  
10. & singularem de Triumphis librum Onuphrii Panuinij Veronensis: cum quo  
etiam conferre Triumphum maiorem & neis formis expressum à Gerardo de Iode.

B

### De missione exercitus. CAP. XXX.

**E**XPLICATIS hactenus ferè omnibus, vel saltem plerisque, quę de  
re militari fuerunt scitu & obseruatione digna, de missione tandem mi-  
litum dicēmus, atque ita hunc librum concludemus. Missionum verò  
duo fuerunt genera, honesta & caussaria. Honesta fuit eorum, quibus  
iusta militiæ vocatio esset. Caussaria, quibus necessaria. Iusta fuit, cùm quis aut legiti-  
ma confecisset stipendia, aut maior esset annis quinquaginta. Necessaria cùm aut  
morbo, aut imbecilla valetudine impeditus in castris esse non posset. Cuius rei mul-  
ta passim apud Liuium extant exempla, quorum vauum atq; alterum adducemus. Sic  
autem libro 7. scribit: Consul educto in astiuā milite, exercitum purgare missioni-  
bus turbulentorum hominum instituit, aliis emerita dicēdo stipendia esse, alios gra-  
ues iam ætare, aut viribus parum validos. Et libro 24. Nonnulla omnium ex iunio-  
rum tabulis excerpta, qui quadriennio non militassent, quibus neque vacatio iusta  
militiæ, neque morbus causa esse. Et libro 40. Senatum veteres Centuriones quām  
plurimum ad id bellum scribere censuisse: nec vlli, qui non maior annis quinqua-  
ginta esset, vacationem militiæ esse. Præter has fuerunt aliae quoque vacationes ex-  
tra ordinem gratiæ causa, vel à Senatu, vel ab Imperatoribus datae. A Senatu, ut idem  
Liuius libro 39. Senatus consultum factum est, ut Consul cum Tribunis plebis age-  
ret, vt. P. Äebutio emerita stipendia essent, ne iniuritus militariter, néve Censor ei  
equum publicum assignaret. Et libro 23. Prænestinis militibus Senatus duplex sti-  
pendium, & quinquenniū vacationem decreuit. Ab Imperatore, vi in Epitoma Liuia-  
na quinquagesima quinta, Tribuni plebis, quia non imperarent, ut sibi denos, quos  
vellent, milites eximere licet, Consules in carcerem ducere iussérunt. Nonnun-  
quam Imperatores in castris pro suo arbitratu, militibus petentibus concesserunt  
commeatum, vel domus reuisendæ, vel negotijs priuati gerendi causa, cuius hæc for-  
mula extat apud Liuium libro trigesimo: Si quis vestrū suos inuisere vult, com-  
meatum do: primo vere adstis edico. Quin etiam senes, & sacerdotes perpetuam  
militiæ vacationem habuissent, excepto Gallico tumultu, memoriæ prodidit Appia-  
nus lib. 2. de Bellis ciuilibus, & Plutarchus in Camillo. Est autem illud memorabile,  
vacationes has à Censoribus fuisse cognitas, quod ostendit Liuius libro quadra-  
fimo tertio, cùm de Censoribus verba faciens, ait: In sensu accipiendo populi mili-  
ties ex Macedonio exercitu, qui quām multi abessent à signis, Census docuit, in Pro-  
uinciam cogebant. Causas stipendiis missorum cognoscabant, & cuius nondum iusta  
missio visa esset, ita iustificandū adigebant: EX. TVI animi sententia, ex edicto  
Caij Claudi, Titi Sempronij Censorum in Prouinciam Macedoniam redibis, quod  
fine dolo malo facere poteris. Hæc Liuius. De qua præter eos, quos suprà com-  
memorauit, plurima collegit Vvolfgangus Lætius lib. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. Commentariorum  
Reipublicæ Romanæ. Atque de re militari hactenus.

F

# EPILOGVS TOTIVS OPERIS.

 *XPOSVIMVS hactenus, beneuole Lector,  
principios veterum Romanorum ritus, mo-  
res & consuetudines, tum quæ ad Religionem,  
tum quæ ad Politiam, disciplinamque urbanam,  
ac militarem pertinent. Quia ex re, si tibi, tuisque studijs  
aliquid utilitatis accedet, præclarum nostrorum laborum  
fructum nos consequitos esse arbitrabimur: quippe qui in  
universa hac scriptione nibil aliud quæsuimus, quam tuum  
Candide & beneuole Lector, commodum: sin assequi quod  
volumus, non potuimus: voluntas tamen nostra apud eos  
Judices in aliqua saltem laudis parte ponetur: ut qui, quan-  
tum tenuitas ingenij, atque laboriosa conditionis ac vita ratio  
permisit, de Republica literaria bene mereri voluerimus.  
Erit autem fortasse aliquando, ut hæc ipsa, quæ iam in publi-  
cum emittimus, diligentius atque accuratius persequamur.  
Interim hæc æqui bonique consules, nobisque sicubi non ubi-  
que officio nostro, ut quidem par erat, functi fuerimus, huma-  
niter condonabis: quod si feceris & humanitatem tuam de-  
clarabis, & nos ad reliqua in te officia & studia reddes prom-  
ptiores. Cæterum ut præclara aliqua coronide hos libros con-  
cluderemus, opera preium nos facturos putauimus, si hoc loco  
elegantem Clariſſimi eruditione atque virtutibus ornatissi-  
mi viri Ioannis Thomæ Freigij, &c. orationem, qua ea, qua  
his diffusè à nobis tractatae sunt, ferè omnia breuiter & per-  
spicuè persecutus est, adjiceremus: atque simul etiam cum ea  
alias quatuor Declamationes, in quibus de Antiquitatis lau-  
de, dignitate atque utilitate variè differit: quod ipsum, ut  
& tu quoque probes, vehementer te etiam atque etiam rogo.  
Vale, optime Lector, nostriisque conatibus faue.*

ORATIO  
DE ANTIQUITATE.  
RECITATA IN CELEBRI GYMNA-  
SIO ALTORFIANO A MAGNIFICO DOMINO  
Rectore viro Clarissimo, D. Ioanne Thoma Fregio, LL. Docto-  
re in secunda Panegyri, anno circ 1589. celebrata.

Ts 1, Illustrissimi & Generosissimi Comites, viri amplissimi, generis nobilitate, eruditione, prudentiaque præstantissimi, Scholarchæ dignissimi, vobisque cæteri Auditores & Hos-  
 pites græfissimi, vobis non ignotum esse sciam, quid hæc no-  
 stra secunda Panegyris sibi velit: ideoque causas ex alto repe-  
 ti non necesse sit, præsertim cum mens & voluntas amplissimi  
 Senatus, & legum nostrarum fatis aperta, & omnibus in prom-  
 pru sit: argumenti tamen, quod mihi in hoc conuentu amplissi-  
 mo, & ad agendum ornatissimo, tractandum suscepit, rationem reddendam existi-  
 mavi, propterea quod quæ me ratio excitari ad id diligendum, eadem vos quo-  
 que erigere debet ad audiendum. Nam me, cum studiorum meorum ratio, tum eo. B  
 runderum quoque professio ad hoc argumentum hortata est: at verò vt id, alacrius,  
 lubentiusque susciperem, vestra quoque, Auditores amplissimi, au&oritas, & in omni  
 doctrinarum genere eruditio propemodum coëgit. Non enim ex intimis Phisophilæ  
 penetralibus, aut acutissimis I. C. disputationibus, spinosam aliquam, aut obscu-  
 ram declamationem, sed popularem & toto tractationis genere illustrem, omni-  
 bùsque (vt quidem spero optioque) gratissimam materiam desumpsi: non vt vos  
 docerem, aut me ostentarem, nihil à me longius ista populari venditatione  
 abest) sed vt delectationem aliquam, si modo id consequi possem, animis vestris  
 afferrem, & per iucundissimos Antiquitatis campos vos mecum si non corpore, at  
 cogitatione saltem circumduceraem. Dicam igitur aliquid hoc loco, quantum qui-  
 dem angustia temporis patietur, cum de totius, tum verò præcipue de Roma-  
 næ antiquitatis studio. Sed vt per immensa illa & retrusa vetuissatis spacia ordine  
 & via progrediar, varia duntaxat Antiquitatis genera recensebo: cætera quæ de  
 Antiquitate dici possent, nimirum quantum illi tribendum, & credendum sit, &  
 antiqua nouis ubique & semper præferenda sint: adolescentibus illis committam,  
 vt ēs iōtēzō, hoc est, in utramq; partē Aristoteleo more differant, quò ad verita-  
 tem facilius aditus inueniri possit. Ut igitur rem paulò altius repetam, néve in  
 illo latissimo amplissimoque campo, erroris, aut dispendi potius, quam rectæ  
 breviorisque viæ dux & monstrator sim: monstrandi causa quasi in duplice  
 viam Antiquitatum diuido, alteramque Religiosam, alteram verò Profanam ap-  
 pello. Et in religione quidem illa veterum Ethnicorum gentili, varia capita vi-  
 deo, vt de infinito Deorum numero, de Sacrificiis, de Sacerdotibus, de Templis,  
 de Statuis, seu Simulacris, de Imaginibus, de Ludis, de votis & aliis. Quod igitur  
 ad illam τολυθεω attinet, præter Ciceronem, qui ex professo de sui seculi  
 Diis Gentilium in libris de Natura Deorum disputauit, & præter religionis no-  
 stræ

A stræ antistites Arnobium, Laetantium, alioisque qui eos errores refutarunt: Plinius ipse in summam quandam vereres Deos retulisse videtur libro secundo. Nam Gentibus, inquit, Diis fuerunt virtutes & virtus, ut pudicitia, concordia, mens, spes, honor, clementia, fides: item pœna & beneficium: quinetiam inferi in genera descripti: ad hæc morbi & pestes, dum esse placatas trepido metu cupiunt: ideoque etiam publicè Febræ & malæ Fortunæ fana dicata fuerunt. Pro Diis item culti fuerunt Genij & Iunones, quos quilibet sibi adoptabat: animalia quoque, ut Irides: aliqua etiam obscenæ, ut Priapus: cibique fetidi per quos iurabant: astra denique & fortuna, quæ toto mundo invocatur, & sola vtramque paginam facit. Hæc eadem numina Iuuenalis Ægyptiis quoque ascribit,

B cùm ait:

*Quis nescit, Volusi Bithynice qualia demens  
Ægyptius portenta colat? Crocodilon adorat  
Pars hac: illa paucet saturam serpentibus ibim.  
Effigies sacri nitet aurea cercopitheci.  
Porrum & cepe nefas violare ac frangere morsu.  
O sanctas gentes, quibus hac nascuntur in hortis  
Numina.—*

C Invita in hoc loco Oratio nostra versatur: sed Antiquitatem inquirenti hæc negligenda non fuerunt. Et gratiæ summæ agendæ sunt Domino nostro IESU CHRISTO, verò Deo, veroque homini, hoc est, *Jesus Christus*, quod has tam crassas tenebras à Christianorum animis Euangelijs sui clarissima luce dispulit, dissipauit, extinxit. Sed illis gentilitiis Diis, quos Sacerdotes & quæ sacrificia, nisi consimilia facta existimabimus? Sacrificiorum itaque varia genera fuerunt. Erant quædam, quibus vtebantur in ludis secularibus: erant & ambarualia; quibus arua & fruges porcalistrabant: erant alia gentilia, familiarumque propria: alia votiva pro votis publicis: alia Vestalium virginum, ignem perpetuum conseruantium: alia soteria pro salute principum. His accedebant varia genera instrumentorum, ut acerræ, thurribula, præfericula, sympla seu symponia, & quas Cicero in paradoxis capedines & fictiles vnuula vocat: item candelabria, pateræ, disci, secespitiæ, seuæ, enclabria, dolabra, ollæ.

D Sacerdotum item species plurimæ, ut fratres Aruales, qui ea sacra Ambraualia, de quibus diximus, procurabant: ut Augures, quorum tanta auctoritas fuit, ut sine Augustiis nec extra, nec intra urbem quicquam gereretur. Horum erat cauea pullaria: horum tripodium solistimum: horum angulatis baculus, qui litus dicebatur. His adde Flamines, quorum tot fuerunt, quot Deos Romani habuerunt: hinc Flamen Dialis, Martialis, Quirinalis, Vulcanalis, & inter hos unus præcipuus Archiflamen. Adde Sacerdotes Salios, à saliendo dictos, cum suis Ancilis. Adde Septemviri epulones, Duumviros, Decemviro, & Quindecimviro, & ipsum summum pontificem. Accesserant autem postea sodales Augustales, Antoniniani, Areliani, Faustini, Sibyllini, Lupercales, quibus addere licet Victimarios & popas: & ex mulieribus Vestales & Bacchæ, quæ etiam Mæmoloides dictæ sunt.

E Quid de Templo dicam, quæ varia religione tam variis Diis substruebantur? Hinc primò templum omnium Deorum, ideoque Phanteon dictum: hinc templo Ianæ & Iouis, & Iouis quidem partim Vtoris, partim Olympii, partim Fererit, partim Tonantis: item templo Iunonis, Libertatis, Diana, Esculapii, Concordiæ, Mercurii, pacis, Veneris, Bacchi, Virtutis, Felicitatis, Vtoriæ, Pieratis, Sanitatis, Solis, Fortune, Martis, Vestæ, Romæ, Honoris, Eternitatis, Fidei, Herculis: vñ cum omnium illorum statuis & imaginibus. Ne omittam interim literas Hieroglyphicas, quibus suorum numinum maiestatem, si Diis placet, velabunt, ni tam augusta mysteria aliquod in vulgus manarent: quæ tamen postea Otus publicauit, & ad posteritatem prodidit.

His adde varia ludorum genera, ut sunt Megalenses, Apollinares, Augustales, Capitolini, Castrales, Circenenses, Consulares, Compitalitij, Funebres, Gladiatorij, Iuvenales, Martiales, Plebei, Equiria, Scenici, Seculares, Taurij, Theatrales, Troici. Adiace Ferias partim proprias familiarum, partim publicas, easque vel statas, statuāisque, ut fuerunt Agonalia, Carmentalia, Lupercalia: vel Conceptiuas, quae quorundam à Magistris concipiabantur, ut Latinae, Sementinæ, Paganalia, Compitalia: vel Imperatiuas, quas Consules & Praetores pro arbitrio indicabant: vel Nundinas, quae erant paganorum & rusticorum. Accedunt ad extreum & vota publica, eaque vel quinquennalia, vel decennalia, vel vicennalia, vel tricennalia, vel quadriennalia. Sed ut est continuo isto quasi cursu interspirandi spacium sit: ista pauca de antiqua religione sufficiant.

Sequitur ut de Antiquitatibus altera specie dicamus, quam Profanam appellauimus: quae in duas partes rursus separari potest: in politicam & bellicam. In politica antiquitate sunt haec: status Reipublicæ, comitia, classes, iura, leges, iudicia, magistratus, Fasti & alia. Quod ad statum Reipublicæ attinet, constat Reipublicam Romanam omnes politiarum formas expertam esse. Regia enim principio fuit, paulo post in tyrannidem conuersa. Tyrannis vero expulsis, Aristocratis in patribus secura: sed eadem repente per avaritiam & libidinem in Oligarchiam mutata est. Hinc plebis secessione tribunatu constituto, Democracy species quædam exiit. Tres vero ordines populi fuerunt, Senatorius, Equester & plebeius: ipse vero populus in triginta Curias, tringintaquinque Tribus, & quinque Classes diuisus.

Comitiorum genera duo fuerunt, Curiata & Centuriata. Curiata, cum populus curiatim calabatur per licitem. Centuriata, cum centuriatim per cornicinem: quæ ipsa quoque Calata vocabantur, si pro Collegio Pontificum, aut Regis sacrorum aut flaminum maugurandorum causa haberentur. Fuit & tertium genus Tributorum Comitiorum, in quibus plebs per triginta quinque Tribus distributa, suffragia ferebat. Iura autem alia ciuium Romanorum, alia Italorum, alia Provinciarum. Leges item aliæ de libertate, ut leges sacratae: lex Valeria, Porcia, Sempronnia: aliæ de testamentis, ut Furia, Voconia, Falcidia, Fusia, Caninia, Antonia: aliæ de ambitu, ut lex Petilia, Calphurnia, Tullia, Pompeia: aliæ theatrales de speculis, ut Roscia & Iulia. De quibus omnibus, sicut & de iudiciis, nostra ætate omnium elegantissime scriptus vir clarissimus Carolus Sigonius, quo vno hodie Italia doctorem non habet.

Magistratus vero Romanorum ut & ipsi varijs erant, sic & varia insignia habebant. Reges trabea vtebantur & sella curulis cum duodecim lictoribus, qui praebant cum servibus & fascibus: ipsi stipati interim Celerum cohorte. Senatores ( quorum numerus primò centenarius, poste ad trecentos, tandem ad mille crevit ) lato clavo, & calcis lunatis à reliquis ciuibis distinguebantur: sicut Equites annulo aureo: diuisique erant Senatores in patricios, conscriptos, allectos & pedarios. Consules bini erant, iisque annui: quam dignitatem qui petebant, candidati dicebantur, iisque Tribus circumibant, singulique prenantes, gratiam & suffragia colligebant, vno quoque plebeiorum & popularium benignè & nominativum appellato, quam ad rem nomenclatores habebant, qui singulorum nomina tenebant, candidatisque suggerebant. Consules ipsi in bellum profecti, paludati erant, id est, paludamento ( quæ chlamys erat Imperatoria) induiti. Praefectorum quoque non vnum fuit genus: hinc praefecti antonæ, praefecti vigilium, praefecti legionum, alarum, cohortium, castorum, fabrorum: praefecti virbi, praefecti prætorio. Erant item praetores tam urbani quam peregrini: dictator & magister equitum: Tribuni plebis, militum, ærarij: censores, ædiles, quaestores, decemviri & alii.

Ad hanc politicam antiquitatem Fastos aggregavimus, quibus Magistratum Romanorum annuam descriptionem cum rebus illorum gestis accurate annotatam habemus: quo in genere olim Cassiodorus, hodie noster Sigozzius felicissime utrissimumque elaborarunt. Vestes item veterum vel muliebres fuerunt, ut stola: vel viriles, ut toga: & togarum: aliæ prætextæ, aliæ puræ, aliæ pictæ, aliæ regiæ, aliæ candidæ, aliæ pulle: aliæ bellicæ, ut paludamentum, sagum, caligæ, laccina: aliæ contra

A contra tempestates comparata, ut penula & scorteas. Vasa vero & ipsa varia exterrunt, ut gabatae, paropisides, scutulae, lances, catuiae, symphula, magides, vnde partim cinerum, partim lachrymarum: fictilia item, quibus Porsena delectatus dicitur, vnde fortasse illa, que hodie Porsebena vocantur. De quibus omnibus, sicut & de vestibus Lazarus Bayfius accurate scriptis. Ampla quoque & late perugata est res maria: quot enim nummi, tot ferè formæ inueniuntur. Nam ut Vilhelmus Brasilianus Gallicus auctor amplissime deduxit, veteres in nummis sculpebant, fundebantque tempora, prouincias deuictas, caduceum, dextras inter se iunctas, lauum bifrontem, quadrifrontemque, naues, manipulos, cornucopie, capram Amalothream, fulmen, honorem & virtutem, pauonem, aquilam, noctuam, struthionem, formicam, quadrigas, bigas, matrem Cybelem, apos, canes, ceruos, damas, tauros, leones, delphinos, hippopotamos, serpentes, pileos cum pugionibus, libras, elephantos, lynxes, tigrides, Mercuriolos petasatos, lupam geminos alentem, Solem, Lunam, Romanam septicollem, Italiam, Victoria, clauam Herculis, Cerberum, citharam, Marsyam exoriatum, tripodes, Cupidines, crocodilos, agnos, Pegafos, & alia propemodum infinita. Aedificiorum item magnum discernere fuit: hinc theatra, amphitheatra, circus maximus, agonalis & alijs: & in his obelisci ac metæ, hinc arcus triumphales, odea, orchestre, thermæ, naumachiae, mauseola, hippodromi, colossi, basilicæ, gestationes, aggeres, aqueductus, castella aquarum, pilæ in mare, iactæ, cryptæ, piscinæ, armil ultra tria, pontes, naualia. Accedunt his inscriptiones antiquorum marmorum & lapidum: elogia item, epitaphia, & similia. Nec minima pars antiquitatis in Notis sita est, quæ vel priuatæ erant, vel publicæ. Priuatæ in monumentis & sepulchrals, ut I. O. M. S. Loui Optimo Maximo sacrum. D. M. S. Diis manibus sacrum. H. M. P. Hoc monumentum posuit. T. P. I. Testamento poni iussit. H. M. D. M. A. Huic monumento dolus malus abesto. H. S. E. S. T. T. L. Hic situs est: sit tibi terra leuis, & his alia similia. Publicæ notæ erant in nominibus Magistratum, ut DICT. R. G. C. Dictator rei gerendæ causa. S. S. C. Seditionis sedandæ causa. R. P. C. C. Reipublicæ constituendæ causa. Item in officiis reliquis, ut I. L. Vir. A. A. A. F. F. auro, argento, ære flando feriendo: hoc est, Triumvir Monetalis. II. Vir. I. D. Duumvir iuri dicendo. Q. I. H. H. M. E. Qui D in hoc honore mortuus est. L. F. Lustrum fecit. quod ad Censores tantum pertinebat. Item in legibus ferendis visitata erat nota haec: Q. D. E. R. F. P. Quid de ea re fieri placet, D. E. R. I. C. De ea re ita censuerunt. S. Q. R. E. Q. R. I. N. S. E. H. L. R. E. Si quid rogatum est, quod rogari ius non sit, eius hac lege nihil rogatum esto.

His & similibus notis veteres populos plurimum in scribendo vsos fuisse, multorum auctiorum testimonis comprobari potest. Nam ut de Hieroglyphicis, quas vocant, literis taceant, sic de visitata apud Ægyptios pingendi scribendisque consuetudine Ammianus Marcellinus. Non enim, ait, ut nunc literarum numerus præstiterit & facilis exprimit, quicquid humana mens concipere potest, ita prisci quoque scriptitârunt Ægyptij, sed singulæ literæ singulis nominibus seruebant, & verbis nonnunquam significabant integros sensus. Quem etiam scribendi morem à Gracis celebratum fuisse, cum aliis argumentis & indicis multis, tum etiam ex Solino comprobari potest. Refert enim ex Marco Tullio olim quendam fuisse, qui vniuersum Homerii poëma ita subtiliter in membranis descriptum haberet, ut illud totum leui putamine nucis concluderet: nimis quod signis atque notis, & iis quibus valde exilibus depictum esset. In quibus effingendis Mirmecydem Milesium & Callieratidem Lacedæmonium potissimum excelluisse refert Ælianus, quos fama fuit in sefamo (quod minutissimum genus seminis est, milio panicóque simillimum) distichum elegium literis aureis inscripsisse, hoc est, notis quibusdam F & signis. Raro enim veteres integris in scribendo literis vtebantur: vnde memoratur apud Galenum libro 7. de Compositione medicamentorum, Menecratis quondam Medici liber ὀλογραφίας, quod integris literis exaratus esset. Recepimus etiam aliquando est apud Romanos scribendi per literarum compendia nos, auctore potissimum Mecenate, quem scribit Dion inuenisse primum quasdam literatum

notas, quibus cellerrimè scribi posset, easque per Acilium libertum publicasse. Hæ A*lustiniani* tempore sigla vocata fuerunt, ut scribit idem in Græca constitutione, auctoritatem legis Pandectis tribuente. Quarum intelligentia cum paulatim obsoleuisset, nec ea minus difficultatis legentibus exhiberent, quam res ipsæ notis descriptæ: Iustinianus, ne quis deinceps notis & siglis (sic enim appellat) in describendis Lutis ciuilis libris viceretur, magna comminatione prohibuit. Sed de notis satis.

Ad istam Antiquitatem politicam ad extreum referenda sunt exercitia veterum, & Gymnasia, de quibus Hieronymus Mercurialis lautissimus Patruinæ Scholæ Medicus scripsit. Hic erant porticus, xysti, exedræ, peristylia, diaulon, ephebeum, corcyrum, conisterium, hypæ hæc, ambulationes: item athlæ, quorum alij stadiodromi, alij diaulodromi, alij dolichodromi, alij palæstræ, alij pancrotiastæ, alij discoboli, alij saltatores, alij pentarhli, seu quinqueriones. Exercitorum quoque genera non eadem: vt harpastum, sciamachia, phennis, acrochirissimus, alteres, & cætæ, & cætæ. Verum sat is opinor de politica Antiquitate: veniamus ad bellicam, quæ tota est in disciplina militari, eaque vel terra, vel mari: de qua Vegetius, Frontinus, Ælianus, & alij multi. Hic igitur Imperator exercitus, hic genera militum, legionis numerus, castrametatio, signa prælii, instrumenta bellica occurrit. In Provinciam duo Magistratus mittebantur, Praeses & Quæstor. In Præsidis comitatu etant Legati. Tribuni militum, Centuriones, Praefecti, Decuriones, Cohors prætoria. Officium autem eius erat, non solum in Imperio, & bello gerendo, ac disciplina militari: sed etiam in potestate prætoria: quæ tum in cognitione & conuentibus indicendis, & iurisdictione: tum in curatione rei frumentaria & tributorum ac vestigialium versabatur. Quæstor autem propria administratione curabat pecuniam, prædámque publicam, & conficiebat earum rerum tabulas. Constabat autem exercitus ex auxiliis sociorum & legionibus ciuium. Numerus legionum primis Romæ temporibus trium milliunum fuit, ait Varro: postea quaternum millium & ducenum peditum: deinde quinis millibus peditum, trecentis equitibus constitit: & Polybius (qui fuit Africani comes) non amplius quinque millibus attribuir. Genera autem armatorum duo erant: pedites & equites. Pedites erant aut iuniores, qui dicebatur Velites: aut seniores, & hi rursus vel antepilani, vt hastati & principes, vel pilani, qui iidem & triarij erant. In loco autem pro castris delecto, designabatur punctum pro prætorio, & summo Tectorio: circa id punctum quadratum tanto interuallo, quantum exercitus requirebat, ducebatur. In eo quadrato anguli quadrator erant portæ: ex quibus prætoria ad Orientem, decumana ex diametro opposita, quæstoria ad Meridiem, quintana ad Septentrionem erat. Tectoria legatorum erant à prætorio hinc atque illinc, secundum quadrati dimidientem, latera duo opposita bisarum fecantem.

Militum vero legionariorum erant ad portam aquationi & pabulationi apissimam, cum Tribunis & Centurionibus. Equites ad oppositâ reliqui quadrati partem dispositi erant, inter quos medijs erant socii. Area vero parallela quadruplex erat à legionum tectoriis ad vallum: prima vacua, pro extraordinariis, secunda latio pro foro rerum venalium, duæ reliquæ toris castris circumducebatur. Signa autem bellorum & prælii erant partim vocalia, partim muta. Vocalia erant tubæ, cornua, litui. Mutæ erant aquilæ, dracones, vexilla, seu labarum & manipuli. Instrumenta belli in alia antiquitate & varia & ingeniosa fuerunt, de quibus Hero Mechanicus, Vitruvius, Vegetius, & alij, vt sunt vineæ, arietes, musculi, turres ambulatoriæ, vallum, testudo, seu phalanx, catapulta. Atque hæc terrestria.

In mari vero naues vñi potissimum sunt, quarum & figuræ & species antiquis varijs fuerunt: vt longæ, & variaz, onerariæ, liburnicæ, pontonos, phaselli, & Græcis ~~αργοναυτες, οινοχοës, διηγόμενοι~~. Prima nauis lōga fuisse dicitur Argo, qua vñcti sunt Græciae Principes illi Argonautæ cum Iasoni in Colchidem ad vellus aureum: cuius meminit Herodotus in initio sua historiæ, & Apollonius Græcus Poëta in libro secundo Argonauticorum. Habuerunt autem naues sua quoque insignia, à quibus nomina sortiebantur, Græcis ~~παραγόμενοι~~ dicuntur: inde aliquæ naues vocaban-

A tut ~~xios~~, id est, arietes: alias ~~teggi~~, id est hirci, quod ut Bayfius ait, id genus animalium ~~magdouag~~ haberent.

Nec assimile verò est, ea ratione centaurum, pistimq; à Virgilio in Aeneide appellatam: & hodie Venerorum bucentaurum. Sed de religiosa, profanaque Antiquitate, deque politica & bellica iam scitis dictum est: quæ præterea de eadem dicunt, adolescentes isti, quos in cathedram deduximus, in vitramque partem different: tu itaque philippe Reiterum in hanc palæstram primus progredere, & de Antiquitatis iucunditate cum utilitate coniuncta, nobis edisse reliqui tui astites alternatim te insequentur.

B ORATIO PRIMA

**DE ANTIQUITATIS LAVDE,**  
**RECITATA PER PHILIPPUM**  
Reiterum, Patricium No-  
rbergensem.

C EMENTER multumque gaudeo, Illustrissimi & Generosissimi Comites, viri amplissimi, generis nobilitate, eruditione, prudentiaque præstantissimi, vosque Auditores: mearum partium esse, de Antiquitatis cognitione, eiusque iucunditate cum utilitate coniunctæ, verba facere. Et si autem Antiquitati tantum tribuendum existimo, ut quantum quisque in eius cognitione confescutus & adeptus sit: tantum quoque in historiarum notitia eundem confectum & adeptum existimem: aliis tamen suum iudicium liberum, affentiisque necessitate solutum relinquere volo. Nec enim nobis ullam iudicandi sentiendique libertatem assumere, aut vendicare debemus, quæ non eadem etiæ alii libenter concedere debeamus, præsertim cū nos homines, imo pueros, non deos, esse meminerimus: ideoque sepius in iudicando errare & labi: nec nostros errores, & lapsus corrigi emendarique, Reipubl. perniciosum esse sciamus. Quanquā in Antiquitatis laude errare, aut ab omnium hominum consensu aliena abhorrentiaque dicere qui possumus? Ego itaq; non modò iucundissimam & maxima cum voluptate coniuncta esse Antiquitatis cognitionē: sed etiam ad historiarum intelligentiam plurimum facere ac prodesse, ex meis præceptoribus me audire memini. Etenim quid iucundius aut gratius esse potest, quam superiorū seculorū memoriā cum nostra ætate coniungere, & quasi in tabella, ab Apelle aliquo depicta, sic intueri res antiquissimas veterum temporum, ut ex non legi, sed in re præsenti ponī & collocari videantur? Summa sanè voluptate nos perfundi sentimus, cùm alicuius animantis noui, aut in nostris regionibus non conspecti, formam insolitam intuemor: & vix satiari, vixque à contemplandi studio deduci possumus: at quanto plus delectationis ex iis rebus, in quibus ipsa antiquitas cum nouitate certare solet, percipere debemos? Est enim animus hominis ita affectus & comparatus natura, ut semper aliquid ex omni memoria videre & spectare, & retro quasi ad primam originem redire cupiat: quæ ipsa animi blanda cupiditas, à natura nobis est frustra insita. Nam ut noster animus, æternitatis quadam cognatione inductus, præscire cupit, quid illi, qui post nos futuri sunt, acturi tractaturique sint: ita & quid illi, qui ante nos fuerunt, egerint tractarintque, studiosè cognoscere desiderar. Exemplum in Aristotele (Peripateticorum, ut quidam Academicī volunt, principe) illustrissimum celeberrimumque habemus. Nam cū Alexander M. fortissimus Macedonum Rex, Herculea quadam audacia totum terrarum orbem esset aggressus, nouumque imperium, & nouam Monarchiam comparare & acquirere constituisse: Aristoteles, magister eius, eodem impetu incitatius, omnia veterum antiquissima monumenta sibi acquirenda & comparanda cogitauit: & vt discipulus ipsius Asiam,

Asiam, totumque Orientem opibus, gemmis, auro, argentoque, incredibili in rege A cupiditate: ita ipse magister eundem antiquis doctrinarum & eruditis instrumenti monumentis, inexplicibili in philosopho avaritia spoliandum proposuit. Quim igitur iucundum, quam gratum illi philosophico animo existimatius fuisse, cum in ea monumenta incidit, ad quæ toto animo ferebatur, quæ infinito illo antiquitatis studio, & omni contentione labore ac diligentia optauit, affectauitque? Sic enim nominatim capta per Alexandrum M. Babylone, anno Mundi conditi ter millesimo sexcentesimo trigesimo quarto, quascunque Chaldaeorum antiquitates & Astronomicas obseruatione potuit, eas omnes conqueriri mandauit, ac quasi optima spolia Feretrio alicui Ioui, sic suæ bibliothecæ inferendas curauit. Quis Liuum, summum illum inter Latinos, Romanarum rerum historicum, lacteo eloquentiæ fonte manantem, non diligat? Quis Cesaris in rerum narratione vel fidem vel purissimæ & tenuissimæ proprietatis sermonem non exosculetur? Quis Cornelium Tacitum prudentissimum & rerum humanarum calentissimum historicum, qui Reipublicæ Romanæ arcana, principum vitia, vnu serè omnium optimè ante oculos posuit, non admiretur? Quis cæteros tam Græcos quam Latinos historiæ principes non religiosa quadam pietate veneretur? At in his cognoscendis misere operam ponent, qui ad eos Antiquitatis illius liberali cognitione non instructi accendent. Nam quod Plato scribit de illis, qui doctrinam aut disciplinam, illustribus exemplis non adhibitis, se docere aut profiteri posse purant: idem his accidet, vt nimirum omnia scire & intelligere sibi videantur, & omnia econtra se nescire facili cogantur. Nec verò in historiis solum mirè hallucinabuntur, qui Antiquitatis nullam cognitionem habeant: sed & in summis Oratoribus, Cicerone, Demosthene, Æschine, Isocrate aberrabunt, ac Andabatarum more pugnabunt, qui illam Antiquitatis lucem secum non attulerint. Vix enim dici potest, quantis ex Antiquitate monumentis, Ciceronis, Demosthenis, Æschini & aliorum antiquorum & omni memoria consecratorum authorum orationes & scripta abundant. Ut interea de poëtis, Virgilio, Homero, Horatio, Persio, Iuuenale & aliis taceam. Quæ cum ita sint, siue dubio & in confesso esse existimo, magnum studium & multam operam in Antiquitatis cognitione ponendam esse, vt non tam historicos illos heroes, sed etiam principes hos poëtas & Oratores faciliore intelligentia consequi cuius promptum paratumque sit: & studiorum dulcissimos fructus hoc quasi condimento suauores gratiorēque reddere possit. Dixi.

## SECUNDA ORATIO,

NON VBIQUE CREDENDVM  
ESSE ANTIQUITATI: RECITATA

per Thobiam Hallerum, patricium

Noribergensem.

E

**A**VDIO quidem magnam esse iucunditatem & utilitatem in Antiquitatis cognitione: & libenter audio. A multis enim & persæpe laudata est illa sacerdotis Ægyptij increpatio: qui (sicut Plato refert) Soloni respondit, Græcos nihil aliud quam pueros esse: res enim antiquas eos ignorare. Sic Diodorus quoque Siculus, cum historiam scribere instituisset, sese propterea in Ægyptum traiecerit, & Alexandrinas bibliothecas, sacerdotiumque ægyptium excusisse commemorat. Sed in hoc Antiquitatis studio diligenter cogitandum animaduertendumque censor, quousque amor iste in Antiquitate illa veneranda progredi, & ubi acquiescere debeat, nec imprudentia aut temeritatis vitium incidamus, quod utrumque sapienti homini diligenter caendum: operamque dandam censco, vt non tam rō

mxxv

A māximis quam rāwāyōdōyōtū effugiat. Quis enim vel mediocriter, & (vt aiunt) leui brachio in rebus humanis & literis verius, ignorat, quod & quanta veterum ἀγνόησα & ψευδέα, posterioris seculi experientia & cognitione deprehensa sint? Nam vt ex multis pauca proferam: sapientia antiquorum philosophorum, oratorum, poëtarum, censuit de mundi partibus tres inhabitabiles esse: medium propter æstum, duas extrebas propter glaciem & frigora. Antiqui enim philosophi (præter Posidonium & Auicennam) omnes, hominum sedes & habitationes Tropicis & polaribus circulis definierunt, rati vterius nullum salutis aut habitandi locum esse, Eodem philosophos secutus Cicero, terram quasi quibusdam redimitam & circumdatam cingulis dixit: è quibus duo, maximè inter se diuersi, & cceli verticibus ipsi ex utraque parte subnixi, obriguerint pruina: medius autem & maximus Solis ardore torqueretur. Duos verò habitabiles esse: quorum unus, noster scilicet, Aquiloni subiectus sit: alter Australis, in quo qui iusistunt, aduersa nobis vrgent vestigia. Eodem errore inductus Virgilius, vates alioqui doctissimus, & rerum naturalium peritissimus, in Georgicis sic eecinit:

*Quinque tenent cœlum Zona: quorum una corusc  
Semper Sole rubens, & torrida semper ab igni.  
Quam circum extrema dextra leniisque trahantur,  
Cœrulea glacie concrete atque imribibus atris.  
Has inter, mediāmque dua mortalibus agris  
Munere concessa Dñnum, & via secta per ambas,  
Obliquus qua se signorum verteret ordo.*

Hic tantorum Philosophorum, Oratorum & Poëtarum error, à Plinio & Ptolomeo refutatus est, qui gentes in eis Zonis (quas illi inhabitabiles putabant) habitantes descripserunt: & hodie nautarum & mercatorum vulgus, libros & literas, illasque philosophorum disputationes, ignorantium nescientiumque rotam illam bellam sapientiam, vel potius doctam ignorantiam, oculis corporis & nauigiorum suarum periculis, id est, experientia & vnu duce refutavit. Nam contra veterum illorum persuasionem, hodie in zonis illis temperies summa pernoscit, equatis dierum caloribus cum noctium frigoribus. Sub æquatore siquidem æquinoctia perpetua, & saluberrimæ regiones sunt: sub Tropicis verò regiones incredibiliæ stū flagrāt: & quid ratio est in prōptu. Nam in æquatore Sol altius euehitur, & multo celerius refertur propter circuli magnitudinē, quām in Tropicis. Quinetiā Aluare-sius scribit, aquas illic Iunio mēse cōcrescere gelu, modò flauerit Auster. Accedit im-brī magna vis, montiū incredibilis altitudo, ac syluarū copia. Contrā verò sub Tropicis vehementes æstus, nulli imbræ, nullæ sylvae: rara flumina, perpetua planicies arenarū, præterquā in Arabia felici & quibusdā Indiæ locis, propriæ oriētis & montanæ regionis naturā. Hic ergo primus Antiquitatis terror de zonis terræ; cingulis fuit. Quid dicā de Antipodibus, quos eadē Antiquitas esse negavit? Luber hic ea de re ridiculā historiam, & nūl summorum autorum monumentis consecrata & attestata esset, vix credibilem, in medium afferre, cāmque Antiquariis illis dijudicandam relinquere. Nam circa annum CHRISTI septingentesimum quadragesimum quintum (vt Auentinus in Annalibus Boiorum memorie prodidit) Virgilius Episcopus Salzburgensis pro concione dixerat Antipodes esse. Bonifacius Episcopus Moguntinus (homo tam æcceptus & quām Aristippus quām Epicurus) Virgilium impietatis accusauit, hæreticūmque publicè proclamauit, quod Antipodibus inducētis, aliis etiam Christus induceretur. Studio partium oritur lis & controuersia ingens, iudiciūmque tandem defertur ad Utilem Regem Boiorum, tanquam ingentis eius certaminis arbitrium & sequestrem. Sed quid fit? Bonifacius à Pontifice Zacharia (cuius nempe legatus esset) literas impetrat ad Utilem regem, quibus Virgilius vietus, & vt in causa inferior, condemnatus est. Tanta videlicet opinonis femel cōcepta & in animis hominum infixa vis fuit, vt Antēpos & Antipodes statuere, hæresis esse putarerur omnium hæreseon maximè detestanda, maximèq; abo-

minabilis: donec tandem & hic error nostri seculi nauigationibus detectus, refutatus & omnino sublatu*s* est. Quid dicam de antiquis & barbaris legibus, simplicibus, rudibus & anilibus: qualis olim illa fuit apud Cumano*s* lex homicidij, in qua accusatori reus condemnabatur, si modò accuserat multos testes adduxisset: quales etiam illa Longobardorum, Ripuariorum, Frision & Francorum fuerunt: quas omnes posterioris seculi elegancia repudiauit. Quid dicam de erosis vetustate marmoribus, de cariosis tabulis, de numis oblitterata interdum effigie & inscriptione vetustatem ementientibus, interdum adulterinis & subditiclis? *Quis enim neget*, in his & similibus praetextu Antiquitatis multos elenchos fallacijsque & fraudes plurimas committi, dum multa à nostrar*s* seculi ingeniosis hominibus artificiosè configuntur, & ad alios decipiendos affabre concianantur: vt interea taceam de antiquis marmoribus epitaphiorūmque inscriptionibus, quod ex sàpè ab idiotis artificibus, & in suo etiam seculo peregrinis temerè insculptarunt sunt. Videant igitur etiam atque etiam iij qui ex his rebus, nescio quos Fastos Capitolinos, ex varie confusis & temerè consti*tu*ctis frustis coagmentatos, nobis pro Antiquitate venditant. Plurima adhuc eiusmodi Antiquitatis *ἀγρούματα* recensere possem, sed hæc pauca pro multis sufficiat: quæ nos admoneant, ita admirandam esse Antiquitatem, vt eam non omnino sine exceptione laudemus, sed vbique iudicium adhibeamus: existimemusque hic etiam superiorē ætatem posterioris discipulam fieri posse. DIXI.

C  
TERTIA ORATIO.D  
QVOD ANTIQUITAS NOVITATI  
PRÆFRENDA SIT: RECITATA  
*per Conradum Mullerum  
Altorfianum.*

**E**t quidem aliquid, quod *ἄγρον μέτε* Antiquitatis ad imminuendam deterdámque eius autoritatem afferuntur: sed nequaquam in illa sunt omnia. Rectum enim decorūmque est, ob multas ac præclaras Antiquitatis dotes & virtutes, aliquos eius natus oculis connuentibus præterire. Itaque plaus in ea sum sententia, vt Antiquitatum nouitati multis modis, & vt proverbio dicitur, parafangis præferendam existimem: recteque facere eos credam, qui in cognoscenda inquirendāque Antiquitate omne studium suum, omnēmque diligentiam ponunt. Quod vt facilius intelligi animaduertique possit, exemplis aliquot totam illam questionem illustrandam existimo. In nostra & Gallica lingua Banni vocabulum frequens est: at quid veteribus id significari, pauci norunt, nisi qui illud ex antiquitate repertum habent. Qui enim Antiquitatem diligenter inquirit, is in legibus Longobardorum bannum multam pecuniariam significare inuenit. In Francorum quoque legibus reperi*et* dici bannitos eos, qui à principe ad bellum vocantur: bannum quoque prenam esse corum, qui principis vocationi, aut ad bellum euocationi parere contempserint. Vnde videri potest, bannum ipsum à bando dici, quod est signum Ducis aut Imperatoris, à quo bandophoros dictos Procopius scribit libro quarto belli Vandalici, & Paulus Monachus libro primo historiæ Lögardiae capite 13. Suidas quoque ait, *βάνδον* οὐλῆσι ἡ περιφέρεια του πολέμου. Quæ interpretatio rectior & verior videtur illa, quam Stephanus *βάνδον* πόλεων tradidit, Romanos scilicet *βάνδον* victoriā dicere. Bandi etiam verbo pro signo militari usus est Iustinianus in libro *σπάθιαν καταστρέψεων επιληψίων*, & Cedrenus Constantiniæ donationis tabellio: Idem est de verbo Litare, cuius significationem recte aperiet qui ex antiquitate eius vim repetet. Nam apud veteres sacrificij ritè peragendi quatuor dicebantur esse partes, Libatio, Immolatio, Redditio, Litatio.

A Litatio. In sacrificiis enim primò libabant, hoc est, leuiter & tanquam primoribus labris Diis præbibeant. Vnde Virgilius s. Aeneidos:

*Et pateras libate Ioui—*

Sacerdos enim, antequam vinum funderet, prius simpulo ligneo, vel fictili propinabat, quod Simpuum vocat Iuuenalis Sat. 6. Ultima autem sacrificij pars erat litatio, hoc est, eius, quod à Diis petierant, impetratio. Litarare enim ritè sacrificare est & impetrare. Vnde Suetonius in Cælare ait, Deum pluribus hostiis cæsis cum litarare non posset, intravit curiam, spreta religione: & Martialis inquit:

*Non quæcunque cadit hostia casa, liuat.*

B Sed quid hæc vulgata & omnibus nota exempla tepebo? sumamus nostri seculi elegantiora & domestica propemodum. Ut igitur ad funebrem illam Maximiliani secundi Imperatoris Augustissimi pompam veniamus: missilia illa, pyramidis, capricorni, & aquilæ figuram præferentia, & in vulgo ad æternam laudatissimi principis memoriam sparsa, quid sibi voluerunt? quid loquantur? cuius elogij speciem referunt? Pyramis quidem inter solidas figuras prima est, ex qua reliqua corpora omnia oriuntur. Hac figura veteres sibi monumenta extrui curabant, certo omni concepto, fore ut æternam sui famam ad omnem posteritatem hoc opere conseruarent. Pyramis igitur illa & meta, cuius conus lunam attingit, Maximiliani famam, quæ

D altris terminetur, & spretis contemptisque caducis rebus, tantoque heroë indigenis, in alto & sublimi collocetur, designat. Augustus Imperator in ipso genituræ suæ horoscopo Capriconi felix astrum, mirabilis conspirantium siderum aspectu irradiatum habuit: itaque in aureo suo Capricornum, qui globum prioribus pedibus teneret, sculpi curauit: vt significaret felicibus astris genitum esse debere eum, qui ad gubernacula orbis sedere velit. Hoc ipsum Horatius quoque voluisse intelligitur, eum Capricornum Hesperiae tyrrannum appellat: quem tamen locum nemo ex interpretibus affectus est. Eodem Capricorni sidere nati feruntur Carolus quintus, Imperator laudatissimus, & (vt Cardanus scribit) Carolus Borbonius, Cosmus Medicus, & Selymus Turcarum Imperator. Quid ergo in Maximiliani nostri numero

C Capricornus? quid aliud quam Fortunam & perpetuam illius felicitatem nobis tacite loquitur? & antiquorum illorum Principum prosperitatem, cum nostri heroës beatissimo seculo componit? Sed illud tertium de Aquila memorabilius est, ideoque ex antiquitate diligentius & prolixius reperendum. Nam vt Herodianus gravis historicus, & Dion quoque in Augusti Imperatoris annales referri: Imperatore, qui in Deos referendus & consecrandus erat, vita functo, pyram in tabernaculi formam constuebant: idque auro & ebore, signisque & tabulis pictis exornatum mirificè, alio desuper breviori, usque ad tertiam contignationem erigebant. Aquila cum omnium ororu aggetto in summo culmine locata: letoq; auro & purpura cōstrato, in quo defuncti effigies iacebat. Hūc lectū senatus, equester ordo, ac viri & triūphales, quique amplissimos honores gesserant, in pyram cum carmine & hymnis deferebant: omnibus omnis generis honoribus, diuinis & humanis aggratis. Tandem incensa pyra: cum vapore & fumo Aquila agitata, è summo culmine tabernaculi aera petiisse: religio incusa fuit, ipsius Imperatoris animam per inane coelum petiisse, ipsumque omni eo, quod mortale & caducum erat, deposito & quasi defecato, in numerum coelestium & Deorum concilium receptum esse. Quam consecrationem

F & affermat & afferat. Græci nuncupant: eumque qui sic inter diuos relatus erat, pro Deo deinceps coluerunt. Aquila igitur in Maximiliani nostri Augustissimi nummo, anima illa beata fuit, quæ relictis terreni corporeis compaginis, æternam illam Dei beatarumque mētum sedem, cœlum scilicet petiisse pie à nobis creditur, sui desiderio maximo toti Europe & Christiano orbi relicto. Ex his itaque omnibus apparet, quām necessarium, quām iucundum Antiquitatis studium esse beat. Quod cum extra controversiam sit, dicendum mihi nunc quoque esset, quantum perè è contra nouitas fugienda sit: sed quoniam & res minimè dubia est, & temporis breuitas longiore orationem non admittit, contenti hac quoque in parte

antiquo proverbio erimus, quo Africa quoque, quæ semper aliiquid noui afferret, in A odio fuisse perhibetur. Illud etiam Iureconfultorum, opinor, satis fidei afferat, qui nequam censem antiquis legibus sublatris, nouas temerè introducendas. Sic enim VI-pianus in capite secundo, de constitutionibus Principum ait: In rebus nouis conſtituendis, euidens esse, utilitas debet, ut recedatur ab eo iure, quod diu æquum vixum est. Quamobrem ut rem breuerit comprehendam, reiecta nouitate, solam Antiquitatem pro omni veritatis, utilitatis, perfectionis norma: pro Lebia, vel potius pro Polycletea regula habendum existimo. Sicut enim Polyclitus statuarius canonem, ut vocant, fecit, ex quo velut à lege quadam artifices lineamenta artis peterent: & in quo solus hominum artem ipse, operis arte fecisse iudicatus est: ita pro omnis questionis lege Antiquitas nobis esse meritò debet, ad quam tanquam certissimā amul- B sim posteritas omnis, nouitásque examinetur. Sic enim & poëta Romanus antiquissimus de Romanæ politia antiquæ amplitudine differens, ex eadem antiquitatis re-gula causas amplitudinis repetit, cùm inquit:

*Moribus antiquis res stat Romana, viresq;*

#### QVARTA ORATIO.

*ANTIQUITATEM NON VBIQUE PRÆFERENDAM NOVITATI: recitata per Iacobum Pomerum Patricium Noribergensem.*

C

V AE est ista de antiquitatis insano amore tam insolens oratio? Omnipotē & sine exceptione nouitati Antiquitas præferenda est? O Deū immortalem! egōne me hoc seculo nō natum gaudeam? Antiquitas pro omni veritatis, utilitatis perfectionis norma, pro Polycletea regula habebitur. Quid si falsa sit, quid si inutilis, quid si imperfecta? Quām multa enim in Antiquitate falsa sint, satis opinor in secunda oratione auditum est. Nunc age quām illa utilis, quām perfecta sit, audiamus. Sed vnde eius rei fidem potius quām ex nostræ ætatis inuentis requiremus? Age igitur, quandoquidem tantoperè Antiquitatem tanquā filiolam quandam tuam deoscularis: dic mihi, cui usui esse possint illa antiqua belli instrumenta, quæ veteres tantopere commemorant, catapultæ, arietes, balistæ, & id genus alia, quibus saxa faciebant, propugnacula oppugnabant, turres & mœnia pulsabant, Nonne illa hodie pumilio[n]um aut pygmæorum cum gruibus, aut potius murium cum ranis certantium tela esse dices? At compara cum his è cōtra nostra illas is Vulcani officina informatas bombardas, quas vocant: an non illas Gigatum, Iouem cœlo derubare conantum, machinas dixeris? Vbi vero aut quando has tua illa anus *κεντησσῶν* vidit, vbi de his audiuit? Planè enim ridiculi sunt (inter quos & Robertus quidam Valturius est) qui æneorum tormentorum vsum antiquis vendicare audent: cùm bombardæ, id est, æneæ illius machinæ, Iouis tonitrua imitantis, mentionem apud veteres nullam constet esse factam. Reuera enim bombardica seu tormentorum bellicorum mechanica, nostræ ætatis inuentum est: cuius usu bello Veneto contra Genuenses ad Fosiam Clodium, circa annum Christi millesimum trecentesimum octogesimum, mundo primū innotuit, à Germano quodam nominis ignoti primū repertus. Sunt qui scribant Monacum Chymistam fuisse, cùm forte fortuna nitro, sulphuri, carbonibus, varia fomitum genera commiscendo, igne adhibito cognouisset, quanta vis eius materia esset. Sed quicunque tandem autor fuerit, Genuenses certè, qui primi illarum machinarum vim perpepsi sunt, se quidem interfici sentiebant, quo tamen est genere, non animaduertebant. Iam enim tum primū nouū hunc partū muadushic pepererat. Ex eadē nostri seculi officina prodit Typographia, quæ videtur in Purbachij tabulis ad Regiomontanū referri, inter cuius opera aīs illa mirifica literarii formatrix tentata salte appellatur: neq; Chronologia repugnat, cùm primū Typographiæ exemplū Mogūciæ editū sit anno 1466, à Petro Genshemio puero Ioannis Fustei, ut constat è Cicer. Offic. quæ prima omnium librorū typis æneis impressa sunt. Exemplar Officiorū iltorū in mēbrana impressorū adhuc

- A adhuc in Bibliotheca Augustana conseruatur, quæ ad finem hanc inscriptione continent. Præsens M. Tullij clarissimum opus Ioannes Fust. Moguntinus cuius, nō atramento, plumali cāna, neq; ærea: sed arte quadā per pulchra, manu Petri de Gernsheim pueri mei feliciter effeci. Finitū anno 1466. die quarto mensis Februarij. Ita ars omnī artī conseruatrix Typographia nostri seculi, non antiqui inuentū est, Sibyllino carmine iā olim prædicta, in quo vates illa Antichristum lino peritum cecinīt. Et quemadmodū Valturiū in bombardarum mechanica: ita Iouī in Typographia Antiquitatē afferenda audiendum non censeo. Quamquam enim ille non aperīt, clām tamen libro 14. historiarū Indis Typographia vsum antiquorē attribuere velle videtur, cūm inquit: Quod maximē mirandum videtur, in India sunt Typographi artifices, qui libros (in quibus historie & sacrarū ceremonię cōtinēntur) more nostro imprimant, quorū longissima folia introrsus quadrata serie replicentur. Cuius generis volumē a rege Lusitaniae cū Elephanto dono missum, Leo Pontifex humanitētē nobis ostendit: vt hinc facile credamus, eius artis exēpla, antequā Lusitani in Indiā penetrarint, per Scythas & Moschos ad incomparabile literariū præsidū ad nos peruenisse. Hæc ille, sed quām verē, aliorum esto iudicium: Germani certē hanc laudem nunquam sibi extorqueri patientur. Quid dicā de nautica, atque in omnes vniuersi orbis oras nauigatione, quæ tertia ætatis nostræ laus est? Hæc enim magnetis & pyxidis nauticæ beneficio (de quo veteres nihil nefando quidē audierunt) renouata à Colubō anno 1491. à Vespucio anno 1501. Antipodes terrarū; atq; Oceanī tractus
- B omnes Utironibus & Bonifaciis aperuit. Tres igitur hæc singulares artes, Bōbardica inquam, Typographica & Nautica, nostræ ætatis non antiquitatis inuenta sunt. Sunt autē & alia infinita, ferè à recentioribus reperta. Nā vt omittā saccari ex arundinibus excoquendi artem: speculorum vitreorum planorum μορφῶν, seu plūbaturam ex argento viuo & stanno: machinam item pistorum cribarioriam signis per pyritem scloppettis additum excussionem: vt inquam hæc omnia & his similia præterea, quām artificiosa est recens illa ars separandi aurum ab argento per aquam chrysulcam? quæ cūm antiquitati ignota fuisset, factum est vt Vlpianus lib. 5. de rei vend. diceret. Si plurābū cum argento mixtum sit, quia deduci possit, in rem actionē dari: sed si deduci non possit (vt si æs & aurū mixtum fuerit) pro parte esse vindicandum.
- D Huic itaq; Vlpiani rationi cūm hodie locus non sit, propter chrysulcam aquam, cuius vi aurum à quocunq; alio metallo separari potest: de hac specie idem iudicandū est, quod de superiori, vt rectè Alciatus lib. 6. parergon cap. 2. scripsit. His addenda sunt, quæ in Astrorum doctrina recentiores adiecerunt. Nam cūm veteres octauæ sphæræ motum nondum deprehendissent, ac Ptolomæus tardissimum vnius gradus in annis centenis motum, postea verò Albategnus in annis 66. per vnum gradū ferri animaduertisser: ibi Tebitius, vt huius varieratis & maximarū Sulis declinationum rationem afferret, trepidationis motum primus est commentus: Alfonsus vero sive obseruatione sive calculi conjectura inductus, trepidationi longitudinem adiecit. Nicolaus quoque Copernicus houa quædam in Astronomia commentus, sed à plerisque in eo genere reprehensus est. Nam cūm Solem in centro mundi immobilem & fixum, terram vero circa Solem moueri finxit: scutica hunc potius aut flagello quām reprehensione dignum iudicavit Maurolycus. Et vt nostri seculi præstantissimam laudem ad extremam subiiciam, nihil est quod antiquitati prolixius aut superbius propemodum opponere possimus, quām Methodi lucem, quæ ab imperita Methodorum multitudine vindicata, artes omnes hodie in illustrissimo clarissimōque lumine locauit. Sed de Methodo, eiūisque luce his extremis temporibus accensa, alibi commodius dicendi differendique locus est. Vt igitur tandem contra illos Antiquitatis insanos affectatores (qui lunatos calceos & Atticas cicadas, è cancellis prominentes, breui reuocabunt) concludam, eosque extremis diris deuoueam: F cūm Erasmo illis ipsis admiratoribus imprecor, vt nūquam muteng veteres calceos, aut putre subligar: sed semper vescantur putribus ouis, nec aliud bibam quām vaporem. D i x i.

EPIGRAMMA AD LECTOREM  
IOANNIS VVOLFII RECTORIS  
Gymnasij Ratisbonensis.

Que variis libris monstrauit clara vetustas,  
Et paucis doctis nota fuere prius,  
Hac nunc in lucem producit cuncta Rosinus,  
Et præbet cuius conspicienda palam.  
Thesaurus vetus est precio preciosior omni,  
Quem nullo precio tu superare potes:  
Ara licet Cræsi nunc proferat aurea dona  
Dinitis aut Crassi, que tenuere manus.  
Ergo legas; relegas manibus versato diurnis;  
Nocturnisque simul lector amice, Vale.

**R E R V M E T V E R B O R V M**  
**M A X I M E I N S I G N I V M E L E N C H V S ,**  
**S V M M A D I L I G E N T I A I N V S V M A N T I -**  
**quitatis amantium conscriptus, ac in**  
**ordinem digestus.**



BOLLA qualis vestis			
	298.b		
Aborigenes quis docuerit agriculturam ibi.	b		
Aboriginum rex fuit Saturnus	54.b.c.	sub illo	
nemo seruauit, neque quicquam rei priuatæ habuit		ibid.	
Abicio pro abiicio antiquè	470.b		
Abrogare propriè populus dicebatur, Se-			
natus autem statuebat ut abrogaretur			
Absolutionis formula quæ	438.d		
Absolutionis nota A.	583.d		
Acation velum	627.c		
Acca Laurentia qualis Dea	99.b		
Acca Laurentia Romuli & Remi nutrix	99.b		
Accensi magistratum ministri sunt qui dicebantur accire	428.b.605 f.	607. a.	
b.&c			
Accensorum officium quòduam fuerit	428.c		
Accensorum usus prætori quis fuerit	392.a		
Accensoſ faciebant veteres ſuos libertos	426.c		
Acceptilatio erat acceptæ pecunia in ta-			
bulas relatio	545.c		
Acclamatio militum quando instituta			
fuerit	603.f		
Acclamatione aliquando populus signi-			
ficabat legem, quæ proponebatur ſibi			
gratam eſc, vel ingratam	531.c		
Accumbendi modus quismam apud veteres	290.c.f.& 291.b		
Accumbendi usus non erat apud veteres	290.d.e		
Accusatio in Comitiis cœluriatis trinun-			
dino promulgabatur	351.e		
Accusatio quarta trium nundinū.	589.a		
Accusatio quomodo instituta fuerit	581.		
2. quid		ibid. d.e	
Accusatio triplex.	588.c		
Accusationis munus quibus laudi & qui-			
bus probro fuerit.	577.b		
Accusationi magistratus intercedere po-			
truit.	588.e		
Accusationem cùm ſibi duo aut plures			
periuierint, iudicium factum est, vter			
deberet nomen deferre	577.c		
Accusationes & defensiones per multos			
dies traducebantur	582.c		
Accusator dictus est is qui ex multis ac-			
cusatoribus primas egit	577.f		
Accusator dum agebat, reus, sub rostris			
adolescentum cōiiciis expofitus erat			
588.d			
Accusator & reus citari poterant	578.f		
Accusator & voce & libello omnia qui-			
bus rens legem erat transgressus com-			
pletebatur	578.b		
Accusator in comperendinatione poſte-			
riore loco dixit 582.e. in domum iu-			
dicis ingressus in legē ambitus com-			
mittit 519.e. petere vel repeterē mul-			
etiam dicebatur in publico iudicio 78.			
b. reo absolute duobus iudiciis oppu-			
gnare poterat 583. a. vbi primū Quæ-			
sitor cum iudicibus aſſedit, qua e fer-			
uos rei in quæſtione poſtularit. 79. f.			
viginti dies habebat ad accusandum			
581.e			
Accusatori principia, narrationes, con-			
tentiones, perorationes quales fue-			
rint	581.d		
Accusatori ad dicendum horæ due date			
527.a			
Accera ara quæ ante mortuum peniſo-			
lebat			

# I N D E X.

- Iebat 158.f. 328.b. 453.c  
 Accerathuraria 158.f  
 Acicis instructio apud Romanos. 616.a.b  
 Accilia Calpurnia lex vt qui ambitus  
     damnati essent magistratum non pos-  
     sent capere 530.a.b  
 Accilia lex de coloniis deducendis 502.c  
     de repetundis 533.b  
 Acquiri res quomodo dicebatur 542.e.f  
 A'zegy 289.f  
 A'zegy omnes arborum species ap-  
     pellantur 478.f  
 Acroteria quæ pars nauis 624.b  
 Actiaca victoria 345.b.c  
 Actiaci ludi quare sic dicti 549.d  
 Actio est ius persequendi quod sibi de-  
     betur in iudicio 554.c  
 Actio vindicationis duplex 558.e  
 Actionis instituenda ratio apud Roma-  
     nos quæ 576.c  
 Actiones de ventre cognoscendo 562.e  
 Actiones in rem, personam, in vitrumque  
     erescundæ familiae; finium regundo-  
     rum 554.e.f  
 Actionum diuisionis variæ ex Iustiniano.  
     554.c  
 Actionum omnium cum populo quod-  
     nam commune principium 354.a  
 Actor in iudicio priuato dicebatur pere-  
     re & repetere pecuniam 578.b  
 Actuarizæ nauiculae celeres 628.e  
 Actuarij limites qui 506.f.a  
 Actus in Comœdiis quidnā 265.b. 477.a  
 Actus neque plures neque pauciores  
     quam quinque in fabula esse debent  
     265.c. quare non habeant scenas defi-  
     nitias ibid.  
 Actus quintus interdum non est pars  
     Catastrophes, sed ei æqualis ibid.  
 Acum inuenisse Bellona dicitur 75.f  
 Addicere iudicia quid 558.c  
 Addictio indicium contra eum 570.f  
 Addictio prætoris erat 551.c  
 Adduo antiquum pro addo 453.e  
 Addicio pro adiicio 470.a  
 Adolescentibus summo honori fuit ac-  
     cusare 626.b  
 Adonis Veneris minister 79.d  
 Adoptio qualis actus fuerit, & ubi locum  
     habuerit 542.b  
 Adoptionis formula quænā fuerit 551.e  
 Adorare apud veteres idem quod agere  
     482.e  
 Ad pileum vocare quid 42.d  
 Adrastantia etiā Nemesis appellata fuit. 76.d  
 Adscriptitij milites qui 607.e  
 Adscriptiui milites quinam sint ibid.  
 Aduersario optionem eripiēs quare plus  
     dicatur petere 561.d  
 Adulterij lex, eius capita 523.b  
 Aduocatus qui fuerit 558.b  
 Æburia lex de xij.tabulis 500.b  
 Ædes sacræ qua verborum figura fue-  
     rint dedicatae 48.e  
 Ædicula quid ibid.c  
 Ædificiorum Romanorum discrimina  
     655.a.b  
 Ædilis qui ædes sacras & priuatas cura-  
     ret 406.e  
 Ædilium creandorum gratia consules  
     habuerunt comitia tributa 638.b  
 Ædilibus negocium Augustus dedit, ne  
     quem patarentur, in foro circōve, nisi  
     positis lacernis, togatum consistere  
     303.f.a  
 Ædiles Cereales dicuntur, qui frumento  
     præsunt 408.c. à quo primum creati  
     ibidem  
 Ædiles Curules adeundi prius illis qui  
     aliquid scribere volebant 408.c. an-  
     no 37. creabantur 407.d. fabulas Sce-  
     nicas emebant, & vt agerentur publi-  
     cè curabant 408.b. ludos magnos cu-  
     rabant 254.a. ludos sua impensa facie-  
     bant 408.d  
 Ædiles Curules primi à Dictatore crea-  
     ti 368.b  
 Ædiles Curules qui & vnde sic dicti. 408  
     b. vnde creati ibidem  
 Ædiles Curules ubi Kalendis Ianuariis  
     magistratum inierant; editum pro-  
     ponebant, in quo, quemadmodum de  
     singulis controuersiis ius dicturi es-  
     sent, populum præmonebant. 407.d.  
     ius quando vendenda atq; habuerint  
     30.c  
 Ædiles plebii, deni Curules iudis Roma-  
     nis præfecti 277.d  
 Ædiles plebii ludos plebeios curabant  
     254.b  
 Ædiles plebis, & Curules Tributis Co-  
     mitiis creabantur 365.d  
 Ædiles plebis quib. Comitiis creati fue-  
     rint, vnde dicti 407.d. ei quot creati,  
     ibid. qua occasione creati ibidem  
 Ædiles vitio creati quod sint quomodo  
     intelligendum 384.c  
 Ædilium Curulium gratia quænā leges  
     latæ 499.e  
 Ædilium Curulium origo 407.e. officiū  
     quodnam

# INDEX.

- quodnam ibid.f.g  
 Ædilium officiū fuit ludos curare 254.a  
 Ædilium plebis officia plurima fuerunt 254.c.d.e  
 Ædilium plebis potestas à Claudio & Neronē Imperatoribus accisa 407.c  
 Ædilitatis summa dignitas 407.a.b  
 Ædilitati definitus est xxxvij. annus 49.s.b  
 Ædilitatem inter & præturam interponeretur ad minimum spaciū biennij 387.c  
 Ædilitatem multi ut vitarent sumprus non petebant 408.a  
 Ædilitatem qui gesserant Ædilitij dicti 388.e  
 Ædilitium edictum apud Iurisconsultos vnde manarit 408.c.d  
 Ædilitia Comitia quæ 252.b  
 Æditum non Ædituus dicendum 157.c  
 Ædituus vnde dicitur 157.d  
 Ædium fores, & fastigia Lycurgus curferrā & securi, nullo alio adhibito instrumento fabricari iussit 344.c  
 Ægeria Nympha Numæ Pompilii vxor 86.c  
 Ægyptij prisci quomodo scriperint 655.a  
 Ægyptiorum Dij quisam 655.a  
 Ægyptiis quinam literas & leges tradidit 72.c  
 Ægyptus in potestatē populi Romani redacta mense Sextili 230.a  
 Ægypto quinam præfecti nomine præfuerit 424.e  
 Ælia Catula nobilissima filia saltauit 284.b.c  
 Ælia lex de coloniis deducendis 502.c  
     de obseruatione & obnūciatione 491.c  
 Ælianum ius quodnam fuerit 239.e  
 Ælia Sentia lex de manumissis 510.c  
 Ælij veri ludi natalitij quando celebrari 284.d  
 Æmilij lex de censura Semestri 496.e. de clao pangendo 497.b. de modo & genere ciborum 509.a  
 Æmilia tribus vnde nomen habeat 32.d  
 Æneas Latij hæres relictus 2.b  
 Æneas quomodo in Italiam peruererit ibidem  
 Æneas simulachrum patrem humeris gestantem, & filium Iulū manu ducentem 85.b.a  
 Æneam Iouem Indigetem quare nominantur 59.b  
 Æneas Sylvius quamdiu regno Albano
- præfuerit  
 Ærarij plebei quando & à quibus facti 38.c  
 Ærarios fieri quid sit 347.e  
 Ærarium populi, Fiscus populi 414.e  
 Ærarium militare Augustus instituit 411.d  
 Æsculapius cur bacillum nodosum habeat 99.d. cur laurea coronetur ibid.  
 Æsculapius nobilis medicus incertis parentibus natus 97.b. qua ratione colicæ perficit ibid.  
 Æsculapius primus speciem inuenit, vulnus obligavit 98.c  
 Æsculapio capris & gallinis litabatur 162.d  
 Æsculapij tres fuerunt 98.f  
 Aes militi resiguarum quid  
 Aes primus Rex Seruius significauit 514.c  
 Acris nota ex altera parte lanus geminus ex altera rostrum nauis 516.b  
 Aeris octauam partem argento miscuit Liuius Drusus 516.c  
 Aere diruti milites quidam dicti 637.a  
 Aere graui non signato primum veteres vñlunt 463.d  
 Aestimatio litis erat iudicium quo lis aestimabatur 584.a.b. fuit præcipue in causa répetundarum & peculatorum ibidem  
 Aestimatura frumentum quodnam 633.b  
 Aestimia pro aestimatione dixerunt veteres 474.b  
 Aeuita senium significat 601.d  
 Agea quæ pars nauis 604.e  
 Agenorita Dea quæ ad agendum incitabat 110.b  
 Aggeris altitudo quanta 619.a  
 Aggeris nomen tripliciter ab antiquis usurpatum ibid.b.c  
 Aggregiri pro aggredi antiquè 464.b  
 Agi cum populo non nisi horis intra orum solis & occasum licebat, reliquis autem non 438.a  
 Agna præcidanea quæ ante alias mactabatur 161.c  
 Agnati & cognati per virilis sexus congnationem coniuncti sunt 460.b  
 Agnati & gentiles quid differant. ibid.  
 Agni subrami vnde 106.d  
 Agonalia 197.f. quare sic dicta ibidem  
 Agonalia quando seruentur 174.d  
 Agonalis mons etiam Quirinalis dictus 151.f  
 Agonensis porta 62.  
 Agonij antiqui hostiam vocabant 181.b  
 Y Yy

# INDEX.

- Agonia sacrificia 6.a  
 Agonium dies quo rex hostiam immola-  
     bat 181.b  
 Agonius Deus qui præterat rebus agendis  
     110.b  
 Agonius mons 5.f  
 Agon semper Rōmæ mansit 277.c  
 Agones qui 162.b  
 Agones Capitolini quales ludi 276.b. quā-  
     do & à quo instituti. ibid.  
 Agonibus Capitolinis omne genus artifi-  
     cum certabat 277.a  
 Agraria lex quænam dicta 634.b  
 Agrariæ leges dictæ fuerunt, quod de  
     agris populo diuidendis latæ fuerint  
     ibidem  
 Agrariarum legum causa leges latæ 502.e  
 Agrippa annos 33. regnauit 2.c  
 Agrippæ capitiu ludo rōrum regi bubo re-  
     gnum promisit 119.f  
 Agros patres familiæ quomodo lustrarint  
     246.b  
 Aius locutus qualis Deus 226. cius tem-  
     plum, ara ibidem  
 Alæ 456.a qui milites ibidem  
 Alba longa à quo condita, quare sic nomi-  
     nata 2. à diruta ibid.  
 Alba quor annos regnarit 2.c  
 Albani diruta Alba longa montem Cæ-  
     lium à Tullo Hostilio traditum inha-  
     bitarunt 3.c  
 Albani regni initium quando cœperit 2.c  
     eius reges quot & qui ibid.  
 Albogalerus dicebatur Flaminis Dialis  
     pileus 137.d  
 Albunea Sibylla quæ Tiburi colitur 153.c  
 Albus color natiuus lanæ est, candidus  
     propriè splendens ille & qui ab arte est  
     302.d  
 Aleæto 90.e  
 Alexandria Romam statuæ à Constanti-  
     no translata 6.a  
 Alexâdi Magni duas statuas marmoreas  
     Romam Alexandria trâstulit. Constan-  
     tinus Imperator ibid.  
 Alfonsus trepidationi longitudinem ad-  
     iccit  
 A.litera tabulis impressa quid significarit  
     355.b.436.c  
 Alladius qui etiam Romulus Sylvius di-  
     ctus quamdiu regnarit 2.c  
 Aliensis dies qui 229.b.c  
 Aliensis pugnæ tempus ibid.  
 Alligati qui 381.a  
 Ampliæ opere 238.c
- Alma Ceres propterea quod nos alat 63.b  
 Altaria supernorum tantum Deorū erant  
     48 f vnde 50.c  
 Alta semita 6.b  
 Alui purgationem primus Aesculapius  
     tertius inuenit 98.c  
 Altor cur Orcus nominatus 90.a  
 A malthea 153.b  
 Amazonius mensis 238.d  
 Ambaruale sacrificium quomodo insti-  
     tum 245.f  
 Ambaruales hostiæ quæ pro aruis à duo-  
     decim fratribus sacrificabantur 161.c  
     245.d.e  
 Ambeguæ 161.d  
 Ambegeni quales hostiæ ibid.  
 Ambidens ouis appellatur, quæ superio-  
     ribus & inferioribus est dentibus 161.c  
 Ambiegnæ ibid.  
 Ambignæ ibid.  
 Ambire est petere & imp̄s̄ius quām mo-  
     res atque leges ferant 387.b  
 Ambire vbi nam Candidati soliti fuerint  
     ibidem  
 Ambitus capitalis 529.d  
 Ambitus crimen est quo quis se in am-  
     biendo magistratu obstrinxit 529.a.fo-  
     lis testibus confirmatus 580.a  
 Ambitus causæ inficiacione defendeban-  
     tur 589.b  
 Ambitus flammam quomodo C. Iulius  
     Cæsar restrinxerit 531.c  
 Ambitus formula quænam. 570.a. leges  
     quæ fuerint 529.a  
 de Ambitu quinam accusati fuerint. ibid.  
     c.d.e  
 Ambitus propriè dicitur inter vicinorum  
     ædificia locus duorum pedum & semi-  
     pedis ad circumeundi facultatem reli-  
     ctus 477.f.a  
 Ambrosia festum 238.c  
 Amburbales hostiæ quæ 161.d.247.d  
 Amburbia ab Ambarualibus Scaliger non  
     distinguit ibidem  
 Amphitrapæ vestes vtrinq; villos haben-  
     tes 296.d  
 Amphitheatra circulari forma integra  
     construebatur, aut ouali & oblonga  
     256.f  
 Ampia Labiena lex de Cn. Pompeij di-  
     ginitate 500.e  
 Ampliarior ex incertâ iudicium sententia  
     nata 583.d. quidnam fuerit ibid.  
 Ampliationis & comperendinationis di-  
     scrimen ibid.d  
 Amplia

# INDEX

- Ampliationis formula quæ 583. d. nota  
 N.L. ibidem e  
**A**mpliaria nauium ornamenta 627. d.  
   quare sic dicta ibidem  
**A**mptruarie quid 147. f  
**A**mula 161. a  
**A**mulius interficitur 2. c. regnum quod  
   Numitori fratri debebatur fraude oc-  
   cupavit 2. d  
**A**narchia in Republica Romana quando  
   fuerit 370. c. quæ politiæ contraria,  
   quid sit 376. a  
**A**ncorale 626. e  
**A**ncora quid, quare sic dicta 625. c  
**A**ncorarius funis 626. e  
**A**ncabria qualia vasa 171. a  
**A**ncalabris mensa ministeriis diuinis apta  
   ibi dem  
**A**ncalarare antiquum pro haurire ibid.  
**A**nculate antiquum pro ministrare 107. e  
**A**nculi siue Anculæ Dij Deæque ancilla-  
   rum ibid.  
**A**ncus Martius fossas circum urbem fe-  
   cit 3. c. Ianiculum vibi addidit ibid.  
**A**ncyle scutum breue 148. a  
**A**ncylia cur piura facta sint ibidem  
**A**ncylia quænam arma dicatur ibid.  
**A**ndronicus primus dedit fabulam 263. e  
**A**ngeroualia 240. e  
**A**ngerona silentij Dea 111. a  
**A**nguem per impluuium decidere de te-  
   gulis infauustum 144. a  
**A**nguem pro AEsculapio Epidauri colue-  
   runt 98. c  
**A**ugustus clausus insigne Equitum Roma-  
   norum 306. b  
**A**ugusti clavij Tribuni ibid.  
**A**niensis tribus vnde 364. a  
**A**nimaduersio fuit multæ poenæ legi-  
   timæ persecutio 584. b  
**A**nimaduersonis species ibid.  
**A**nimaduersiones militum duplices, quid  
   singulæ 637. a  
**A**nimæ gradus summus est animus 55. c  
**A**nimæ gradus esse in omni natura ibi-  
   dem d  
**A**nimales hostiæ quibus sola anima Deo  
   sacrabantur 161. e  
**A**nimus cur mundi Deus 55. c  
**A**na Perenna à Romanis culta 100. b  
**A**nnæ Perennæ festum quando celebra-  
   tum 195. c. cur lætitia magna celebra-  
   tum ibid. c  
**A**nnæ Perennæ Lavinia iusidias struit  
   100. c. d. e
- Annam Perennam quidam Lunam esse  
   putant ibid. alij eam vnam ex Atlanti-  
   bus esse, quæ Ioui vbera præbuerit ibi-  
   dem, alij Themim putant ibidem. non  
   nulli vetulam quandam Bouilis oriun-  
   dam ibidem  
**A**nnonæ præfecti Tributis comitiis creati  
   366. b  
**A**nnus ætate Imperatorum in multis  
   Consules diuisus 389. d  
**A**nnus decimus septimus Tytonici annus  
   dicitur 301. b  
**A**nnus Lunaris mensis est 167. b  
**A**nnus Rotuli quoq; menses & dies ha-  
   buerit 165. a  
**A**nnus solaris quot diebus colligendus sit  
   167. c. d  
**A**nni Iulij Cæsaris descriptionem adhuc  
   hodie sequimur ibid. b  
**A**nno triplici Romani diuerso tempore  
   vsi 165. a. b  
**A**nnum cur Romani à Ianuario incep-  
   rint 179. a  
**A**nnum Julius Cæsar ex 355. diebus &  
   quadrante constituit 165. b. Numa au-  
   tem ex 254 ibid.  
**A**nnum Romani à Martio ordiebantur  
   165. b  
**A**nnum solarem cur annum vertentem  
   dixerint 167. c. item magnum ibid.  
**A**nquina funis 626. f  
**A**nquirere pecunia 585. f. capit is ibi-  
   dem  
**A**nquisitio quid 588. d  
**A**nquisitionis & irrogationis differentia  
   587. d  
**A**nquisitionis formula quælis fuerit  
   588. d  
**A**nsa 625. d  
**A**nses in lectica stragula ueste preciosâ  
   se des cur solenni pompa certo die  
   Romæ quotannis circumferretur  
   247. c  
**A**ntefers sacri in facello Junonis aleban-  
   tur 623. a  
**A**ntecessores qui apud Romanos 440. b  
**A**ntecenna quid 293. d  
**A**ntemna 625. a  
**A**ntemnon genus veli 627. b  
**A**ntestari, id est, testem sumere 469. a  
   556. c  
**A**ntestari auriculam imam actor in an-  
   teftatione memorie causa rangebat  
   469. a  
**A**nteuera Dea 109. a

# INDEX.

- Antialex ne qui in magistratu, vel eudem  
 caput eius est, ad cœnam aliquo ieret,  
 nisi ad certas personas. 507.e.f  
